COMPENDIARIA

GRÆCÆ

GRAMMATICES

INSTITUTIO

IN USUM

SEMINARII PATAVINI

MULTO QUAM ANTEA EMENDATIOR
ET AUCTIOR.

PATAVII
TYPIS SEMINARII
MDCCCXXIV.

COMPENDIARIA GRÆCÆ GRAMMATICES INSTITUTIO

IN USUM

SEMINARII PATAVINI

MULTO QUAM ANTEA EMENDATIOR ET AUCTIOR.

PATAVII

TYPIS SEMINARII

MDCCCXXIV.

TYPOGRAPHUS

LECTORI

S.

Grammaticam Græcam tibi do, veterem quidem illam meam, sed plurimis locis emendatam et auctam. Emendationes præcipue spectant declinationes nominum, verborum conjugationes, verba anomala et dialectos. Unicam posui conjugationem verborum barytonorum; quia, quæcumque sit præsentis characteristica, una est omnium terminatio; in verbis vero circumflexis, et in μι plures admisi, quia ea verba diversa quidem ratione desinunt pro diversa vocali, quæ litteram ω præcedit. Doctos autem viros Hemsterhusium, Lennepium et Scheidium sequutus duas solummodo verborum formas, Activam nempe et Passivam, Media rejecta, amplexus sum; ea nimirum de causa, quod forma verborum, quæ vulgo Media appellatur, excogitata est a solis Grammaticis, qui, quum animadverterent interdum tempora vocis passivæ activa, et e contrario quædam vocis activæ passiva significatione usurpari a græcis scriptoribus, ex hisce temporibus formæ passivæ et activæ novam quamdam effinxerunt formam, quæ Media inter utramque esset. Sed distinguendum est inter verborum formas seu terminationes, et eorumdem significationes. Nemo enim inficiari potest, alicujus verbi personas modo passiva, modo activa significatione gaudere; sed si nova verborum forma effingenda propterea est, cur non etiam in lingua latina id factum a Grammaticis? Nonne quaedam sunt verba latina, quæ licet passive desinant, active tamen usurpantur, ut *sequor?* quædam etiam, quæ sub forma passiva duplicem habent significationem, ut *populor?*

nonnulla vero, quæ sub activa forma passive usurpantur, ut *vapulo!* Si itaque in lingua latina nulla alia est verborum forma præter activam et passivam, idem etiam retinendum est in lingua græca. Quando vero et quænam verba duplici gaudeant significatione sub una tantum forma, assidua et accurata auctorum lectio satis docebit. Quædam porro essent dicenda de numero temporum, quæ sex tantum tam in forma passiva, quam in activa esse censeo; sed ea, quæ suis locis attuli, hujus numeri convenientiam satis abunde demonstrare arbitror. In verbis autem anomalis ea tantum tempora posui, quæ ex communi præsenti minime derivantur; quæ enim regularia sunt, quivis facile per se videbit. Dialectorum tamdem tractatum ampliorem, quam antea, dedi, in quo concinnando usus sum optima lucubratione de iisdem a Mich. Maittaire elaborata, quam multorum virorum curis emendatam novis locupletavit additionibus Frid. Gull. Sturzius, et Lipsiæ edidit an. 1807. In hac novissima editione integrum de Euphonia caput adjeci pag. 5., ex quo apostrophi, contractionis vocalium, et consonantium litterarum mutationis causam rationemque cognosces.

Quantumcumque hoc, et qualecumque est, æqui bonique facias, velim. Vale.

GRÆCORUM LITTERÆ

VIGINTI QUATUOR

Figura	Nomen		Sonus
1 Α α	Α῎λφα	Alpha	a
2 Β β	Βῆτα	Beta	b
3 Γ γ	Γάμμα	Gamma	g
4 Δ δ	Δέλτα	Delta	d
5 Ε ε	Ε῎ ψιλὸν	E psilon	ĕ breve
6 Ζ ζ	Ζῆτα	Zeta	z
7 Η η	Ἦτα	Eta	ê longum
8 Θ ϑ θ	Θῆτα	Theta	th
9 Ι ι	Ἰῶτα	Iota	i
10 Κ κ	Κάππα	Cappa	k, c
11 Λ λ	Λάμβδα	Lambda	l
12 Μ μ	Μῦ	My	m
13 Ν ν	Νῦ	Ny	n
14 Ξ ξ	Ξῖ	Xi	x, cs, gs
15 Ο ο	Ο῍ μικρὸν	O micron	o parvum
16 Π π	Πῖ	Pi	p
17 Ρ ρ	Ρ῾ῶ	Rho	r
18 Σ σ ς	Σῖγμα	Sigma	s
19 Τ τ	Ταῦ	Tau	t
20 Υ υ	Υ῍ ψιλὸν	Y psilon	y
21 Φ φ	Φῖ	Phi	ph
22 Χ χ	Χῖ	Chi	ch
23 Ψ ψ	Ψῖ	Psi	ps
24 Ω ω	Ω῍ μέγα	O mega	ô magnum

De antiquitate litterarum Græcarum.

Litteras Græci nunc habent viginti quatuor: olim vero sexdecim tantum habuerunt, quas una cum earum nominibus ex Oriente in Græciam detulit Cadmus Phœnicius, annis circiter MD ante Christum natum, ideoque eædem, quoad nomen, figuram et ordinem, cum Phœniciis litteris fere conveniunt. Quatuor litteras ϑ, ξ, φ, χ a Palamede inventas fuisse constat tempore belli Trojani, h. e. ante Christum annis circiter MCC, reliquas vero quatuor ζ, ψ, η, ω a Simonide Ceo annis ante eumdem ferme D.

αι valet	αι.	εξ	εξ.	ος	ος.	ταῖς	ταῖς.
απο	απο.	επι	επι.	ου	ου.	ται	ται.
αν	αν.	εστι	εστι.	ουδ	ουδ.	τῆς	τῆς.
αυτοῦ	αυτοῦ.	ευ	ευ.	ουκ	ουκ.	τιν	τιν.
αυτῷ	αυτῷ.	ην	ην.	παρα	πάρα.	τον	τον.
γάρ	γάρ.	θρ	θρ.	περ	περ.	τῶν	τῶν.
γεν	γεν.	καὶ	καὶ.	περι	περι.	τῶν	τῶν.
γρ	γρ.	καὶ	καὶ.	πρ	πρ.	τοῦ	τοῦ.
δὲ	δὲ	κατὰ	κατὰ.	ρι	ρι.	ῦ	ῦ.
δια	δια.	χῶν	χῶν.	σθ	σθ.	υι	υι.
ει	ει.	μα	μα.	σθαι	σθαι.	υν	υν.
ει	ει.	μεθ	μεθ.	σπ	σπ.	ὑπ	ὑπ.
εἶναι	εἶναι.	μεν	μεν.	σσ	σσ.	χρ	χρ.
εκ	εκ.	μετὰ	μετὰ.	στ	στ.	ῶ	ῶ.
εν	εν.	μῶν	μῶν.	σχ	σχ.	ᾧ	ᾧ.

De quarumdam litterarum pronuntiatione.

β pronuntiatur ut *b* latinum, tametsi quidam malint pronuntiare ut *v* consonans.

δ pronuntiatur ut *d* latinum, sed aliquanto blæsius.

η a Græcis recentioribus pronuntiatur ut *i* latinum; sed revera magis accedere debet ad sonum litteræ *e*; et quidem in *e* convertitur, quoties a Græcis ad Latinos migrat.

ο et ω hodie pronuntiatione non distinguuntur; sed tamen credibile est, ω apud veteres Græcos aliquanto sonantius ac plenius fuisse.

υ pronuntiari deberet ut *u* Gallicum, labris tamquam ad sibilum pressis; Græci nostri ita pronuntiant, quemadmodum *y* in vocibus Latinis.

Diphthongi, ut ex ipso nomine patet, duplici sono pronuntiari deberent; sed jam usus obtinuit in Italia et in Græcia, ut αι, ει, οι, ου tamquam simplices ve-

tales proferantur. Itaque *αι* valet *ae*, *ει* et *οι* valent *i*, *ου* valet *u*.

γ ante γ sonat perinde ut ν: nam etsi in sequentibus exemplis scribitur γ, revera tamen est loco ν: ut *ἄγγελος nuntius*; item ante κ, ut *πέφαγκα apparui*; ante ξ, ut *λύγξ singultus*; et ante χ, ut *ἔγχος hasta*.

De divisione litterarum.

Septem sunt Vocales, α, ε, η, ι, υ, ω, reliquæ Consonantes.

De divisione Vocalium:
- Longæ, η, ω.
- Breves, ε, ο.
- Ancipites, α, ι, υ.
- Mutabiles, α, ε, ο.
- Immutabiles, η, ι, υ, ω.
- Præpositivæ, α, ε, η, ο, ω.
- Subjunctivæ, ι, υ.

Dicuntur Longæ, quia suapte natura producuntur. Breves, quia corripiuntur: Ancipites, quia alicubi producuntur, alicubi corripiuntur: Mutabiles, quia in quibusdam temporibus Verborum mutantur: Immutabiles, quia non mutantur: Præpositivæ, quia præcedunt in componendis diphthongis: Subjunctivæ, quia in componendis diphthongis subsequuntur.

De Diphthongis:
- Propriæ, αι, αυ, ει, ευ, οι, ου, ηυ, υι, ωυ.
  - *valent* ae, av, i, ev, i, u, ev, yi, ov.
- Impropriæ, ᾳ, ῃ, ῳ.
  - *valent* a, e, o.
- Mutabiles, αι, αυ, οι.
- Immutabiles reliquæ omnes.

Appellantur Propriæ, quia, si recte pronuntientur, ut veteres pronuntiabant, duplicem sonum reddunt: Impropriæ, quia simplicem efficiunt sonum: Mutabiles, quia in quibusdam temporibus Verborum mutantur: Immutabiles, quia non mutantur.

Divisio Consonantium:
- Simplices
  - Mutæ.
  - Liquidæ seu Immutabiles.
- Duplices

Mutæ:
- Tenues π, κ, τ
- Mediæ β, γ, δ
- Aspiratæ φ, χ, θ

Duplices:
- ζ *valent* τς, δς, θς
- ξ *valent* κς, γς, χς
- ψ *valent* πς, βς, φς

Liquidæ λ, μ, ν, ρ: semivocalis σ ς.

Dicuntur Tenues, quia proferuntur minima spiritus copia: Mediæ, quia mediocri: Aspiratæ, quia maxima. Quoniam vero sola spiritus intensione differunt, facile una Tenuis migrat ad Mediam, vel Aspiratam sibi adfinem.

Nuncupantur Liquidæ, quia post Mutam positæ quasi liquescunt: Immutabiles, quia non facile mutantur, ut aliæ consonantes in inflexionibus Nominum et Verborum.

σ ς Semivocalis est suæ potestatis: *nec Muta, nec Liquida, nec Duplex; credita non vera littera, sed potius sibilus.*

Consonantes	β, π, φ. ψ, μ,	*ob idem*	Labiorum
inter se ad-	δ, ζ, ϑ, λ, ν, τ,	*instru-*	Linguæ
fines.	γ, κ, ξ, χ	*mentum*	Palati.

ρ et ς videntur lingua pronunciari.

De Accentibus.

Accentus sunt tres: Acutus´: λόγος, *sermo:* Gravis`: τιμὴ, *honor:* Circumflexus῀: ποιῶ, *facio*. Acutus habet locum in ultima syllaba, pænultima et antepænultima: Circumflexus in ultima et pænultima: Gravis tantum in ultima signatur, sed in omni syllaba intelligitur, in qua nullus est Accentus. Acutus attollit syllabam: Gravis deprimit: Circumflexus attollit, mox deprimit, qui propterea signatur tantummodo in syllaba natura sua longa, vel in diphthongo.

Omnis Acutus finalis in orationis contextu vertitur in Gravem: ut Θεὸς ἡμῶν: sed τίς interrogativum semper Acutum retinet.

De Spiritibus.

Spiritus duo sunt: Levis, sive Tenuis, ᾿: (olim ⊣ et ⌐) ut ἐς: Asper, sive Densus, ῾: (olim ⊢ et ⌐) ut ὁ.

Omnis dictio incipiens a vocali, vel diphthongo spiritum Lenem, vel Asperum accipit in principio: ut ὄρος *mons*, ὅρος *terminus*. Omnes dictiones incipientes ab ὑ, vel ῥ aspirantur. Sed si in medio ρ geminetur, prius Leni spiritu, alterum Aspero notatur, ut ἔῤῥωσο, *vale*.

Quum vero satis sit spiritum Asperum apponere vocalibus, vel diphthongis, quæ illum admittunt, ubi enim ille abest, Lenis est subaudiendus; hinc deinceps hoc spiritu semper abstinebimus.

De Euphonia

Græci, ac præcipue Attici, cavent summopere, ne crebrior vocalium, aut dissimilium consonantium concursus legentium audientiumqueaures offendant.

Vocalium concursum sive hiatum in eadem, aut in diversis dictionibus occurrentem triplici modo evitant, 1.° unius vocalis elisione, 2.° ambarum contractione, 3.° litteræ vel syllabæ insertione.

1.° Eliditur ultima vocis præcedentis, quoties subsequens vox incipit a vocali vel diphthongo; rejectæ vero vocalis vel diphthongi nota est apostrophus (').

Rejiciuntur porro per apostrophum vocales α, ε, ι, ο, et diphthongi αι, οι; ut κατ' αυτὸν pro κατὰ αυτὸν, βούλομ' εγὼ pro βούλομαι εγὼ.

Vocales η, ω, et diphthongus ου in fine dictionis tollunt aliquando vocalem primam vocis insequentis, ut αρετή 'στι pro αρετή εστι, ῶ 'γαθὲ pro ῶ αγαθὲ, ποῦ 'στιν pro ποῦ εστιν. Vide plura infra de dialecto Attica.

Oratores raro elidunt, poetæ vero sæpissime. Eliditur autem ultima vocalis in vocibus, quæ crebro occurrunt, ut αλλὰ, κατὰ, διὰ, απὸ, επὶ etc. Particula ὅτι, et casus datìvus in ι, ne a poetis quidem, nisi rarissime, eliduntur.

2.° Contrahuntur binæ vocales concurrentes in unam vocalem longam, aut in diphthongum, nempe

A ante
- ει, η contrahitur in ᾳ
- ι . . . . αι, ᾳ
- ο, ου . . . . . . ω
- οι . . . . ῳ
- alias vocales aut diphthongos. . α
- ω perit omnino

E ante
- α . . . . η
- α 1.ª et 2.ª declin. α
- ας, ες 3.ª declin. . εις
- ε, ι . . . . . . ει
- ο . . . . ου
- ε dual. 3.ª declin. η
- αι in verbo formæ passivæ . . ῃ
- vocales longas et alias diphthongos perit.

I ante α, ε, ι . . . ι

O ante
- ε, ο . . . . . . ου
- ει, η . . . . . οι
- ας, ες 3.ª declin. ους
- α et vocales longas . . . . ω
- ειν infinitiv. . . ουν
- ας 1.ª declin. et αι, οι, ου perit.

Υ ante ας, ες 3.ª decl. . υς.

Quamvis contractio plerumque fiat inter duas vocales vocis ejusdem, quandoque tamen fit etiam inter vocales vocum diversarum.

(α) cum articulo, ut οὐκ pro ὁ ἐκ; οὔπι pro ὁ ἐπὶ; τἀμὰ pro τὰ ἐμὰ; τοὔνομα pro τὸ ὄνομα; ἀνὴρ pro ὁ ἀνὴρ; οὑμοὶ pro οἱ ἐμοί; ἄλλοι pro οἱ ἄλλοι.

(β) cum conjunctione καὶ, quo in casu notandum est, vocalem ι subscribi quoties occurrit in dictione sequenti, ut κἂν pro καὶ ἐν, κἂν pro καὶ ἂν, κᾆτα pro καὶ εἶτα, κἀγὼ pro καὶ ἐγὼ, κᾦνος pro καὶ οἶνος.

(γ) cum particulis τοὶ, μέντοι conjunctis cum ἂν, ἄρα; ut τἂν pro τοὶ ἂν; τἆρα pro τοὶ ἄρα; μεντἂν pro μέντοι ἂν.

(δ) cum pronomine ἐγὼ, ut ἐγᾦμαι pro ἐγὼ οἶμαι; μοὐστὶν pro μοὶ ἐστίν.

(ε) cum præpositione πρὸ, ut προὔργου pro πρὸ ἔργου.

3.° Ne concurrerent inter se vocales, interserunt modo litteram, modo syllabam.

(α) in verbis, ut πράσκω *vendo* pro πράω, σβεννύω *extinguo* pro σβέω.

(β) terminationes in σι et ει, tertiæ personæ verborum in ε, tertia persona singularis verbi εἰμὶ, et α privativum assumunt ν ἐφελκυστικὸν sive euphonicum, ut πᾶσιν εἶπεν αὐτὸς *omnibus dixit ille* pro πᾶσι εἶπε αὐτὸς, ἀναίτιος *innocens* pro ἀαίτιος.

(γ) οὕτω, μέχρι, ἄχρι assumunt ς, ut οὕτως ἐστὶ *sic est*.

(δ) ου negativum assumit κ, ut οὐκ ἐστὶ.

(ε) in fine periodi terminationes supra allatæ assumunt ν, etiamsi insequens dictio incipiat a consonante, excepta tamen particula ου, quæ in fine periodi illud numquam assumit.

Consonantium concursum hisce regulis obstringunt Græci.

1.° Tres litteræ consonantes, præterquam in compositione, ut ἔκπτωσις *elapsio*, simul consistere nequeunt, nisi prima aut postrema sit una ex his λ, μ, ν, ρ, γ, ut πεμφθεὶς *missus*, ἐχθρὸς *inimicus*.

2.° Binæ ex his litteris simul consistere nequeunt, si alia consonans subsequatur: ut τετυμμένοι εἰσὶ *verberati fuerunt* pro τέτυμνται.

3.° Tenuis semper tenuem, mediam media, aspiratam aspirata sequi debet: hinc ex λέλεχα *dixi* λέλεκται *dictus est*, λέλεγμαι *dictus sum*, λέλεχθε *dicti estis*, νύχθ' ὅλην pro νύκτ' ὅλην *totam noctem*.

4.° Quoties propter syncopen alicujus vocalis reperitur littera μ vel ν ante λ et ρ, post μ interseritur β, post ν vero δ: hinc a μεμίληται *curatum est* non fit μέμληται, sed μέμβλεται; ex ἀνὴρ *vir* genitivus ἀνέρος, non fit ἀνρὸς, sed ἀνδρός.

5.° Duæ syllabæ subsequentes nunquam incipiunt a littera aspirata, sed prior mutatur in tenuem; hinc ἡ θρὶξ *capillus*, τῆς τριχὸς; a φιλέω *amo* præteritum πεφίληκα pro φεφίληκα. Quandoque non prior aspirata, sed posterior in tenuem mutatur: ut τύφθητι pro τύφθηθι *verberare*.

Exceptio fit

(α) in vocibus compositis; ut ἀνθοφόρος *floriger*, ab ἄνθος *flos* et φέρω *gero*.

(β) quando aliqua consonans, etiamsi aspirata, præcedit primam aut secundam litteram aspiratam: ut σχέθω *habeo*, φθίθω *corrumpo*, μάχεσθαι *pugnare*, θαφθεὶς *sepultus*.

(γ) quando adduntur particulæ adverbiales θεν, θι, ut πανταχόθεν *ubique*, Κορινθόθι *Corintho*.

(δ) quando secunda littera est aspirata propter vocalem sequentem aspiratam: ut ἔθηχ' ἡμῖν pro ἔθηκε ἡμῖν *posuit nobis*.

(ε) quando quibusdam verborum temporibus additur in fine θην et θης, exceptis ἐτύθην a θύω *sacrifico*, ἐτέθην a θέω *pono*.

6.° Si duæ syllabæ subsequentes incipiunt a ῥ, ita trajiciuntur: ut a ῥίπτω *jacio* præteritum ἔρριφα pro ῥέριφα.

7.° Littera ῥ duplicatur post α privativum, et augmentum syllabicum verborum: ut ῥέω *dico*, ἄρρητος *non dicendus*; ῥίπτω *jacio*, ἔρριπτον *jaciebam*.

De Partibus Orationis.

Octo sunt partes Orationis: Articulus, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Adverbium, Conjunctio, Præpositio.

Numeri sunt tres: Singularis, Dualis, Pluralis; sed Dualis numerus in N. Testamento non occurrit.

Casus sunt quinque: Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus, Vocativus.

Genera sunt tria: Masculinum, Femininum, Neutrum.

De Articulo.

Articulus duplex est: Præpositivus, ὁ, ἡ, τὸ, hic, hæc, hoc: apud Italos, *il*, *la*, *lo*: Subjunctivus, ὅς, ἥ, ὅ, qui, quæ, quod.

Articulus, ex communi Grammaticorum sententia, caret Vocativo: vicem ejus supplet adverbium ὦ, ut apud Latinos *o*.

Articulus Præpositivus.

	Singular.				Dual.		Plural.			
	N.	G.	D.	A.	N.A.	G.D.	N.	G.	D.	A.
Masc.	ὁ	τοῦ	τῷ	τὸν.	τὼ	τοῖν.	οἱ	τῶν	τοῖς	τοὺς.
Fem.	ἡ	τῆς	τῇ	τὴν.	τὰ	ταῖν.	αἱ	τῶν	ταῖς	τὰς.
Neut.	τὸ	τοῦ	τῷ	τὸ.	τὼ	τοῖν.	τὰ	τῶν	τοῖς	τὰ.

Articulus Subjunctivus.

	Singular.				Dual.		Plural.			
	N.	G.	D.	A.	N.A.	G.D.	N.	G.	D.	A.
Masc.	ὅς	οὗ	ᾧ	ὅν.	ὥ	οἷν.	οἵ	ὧν	οἷς	οὕς.
Fem.	ἥ	ἧς	ᾗ	ἥν.	ἅ	αἷν.	αἵ	ὧν	αἷς	ἅς.
Neut.	ὅ	οὗ	ᾧ	ὅ.	ὥ	οἷν.	ἅ	ὧν	οἷς	ἅ.

De Nomine.

Tres sunt nominum simplicium declinationes. Duæ priores sunt parisyllabæ, idest non crescentes in genitivo. Tertia vero est imparisyllaba, in genitivo crescens.

Simplicium

Declinatio Prima.

Hæc declinatio habet quatuor terminationes, in ας et ης generis masculini; in α et η generis feminini: ut ὁ νεανίας adolescens, ὁ χάρτης charta, ἡ δόξα gloria, ἡ τιμὴ honor.

S.	N.	ας	ης	α	η	νεανίας	χάρτης	δόξα	τιμὴ
	G.	ου			ης	νεανίου	χάρτου	δόξης	τιμῆς
	D.	ᾳ	ῃ		ῃ	νεανίᾳ	χάρτῃ	δόξῃ	τιμῇ
	A.	αν	ην	αν	ην	νεανίαν	χάρτην	δόξαν	τιμὴν
	V.	α	η	α	η	νεανία	χάρτη	δόξα	τιμὴ
D.	N. A. V.	α				νεανία	χάρτα	δόξα	τιμὰ
	G. D.	αιν				νεανίαιν	χάρταιν	δόξαιν	τιμαῖν
P.	N.	αι				νεανίαι	χάρται	δόξαι	τιμαὶ
	G.	ῶν				νεανιῶν	χαρτῶν	δοξῶν	τιμῶν
	D.	αις				νεανίαις	χάρταις	δόξαις	τιμαῖς
	A.	ας				νεανίας	χάρτας	δόξας	τιμὰς
	V.	αι				νεανίαι	χάρται	δόξαι	τιμαὶ

Omnis Genitivus pluralis desinit perpetuo in ων; at in hac declinatione semper circumflectitur in ultima. Excipe tamen feminina a masculinis secundæ ducta, ut ἡ ἁγία, τῶν ἁγίων, ab ὁ ἅγιος.

Dativus singularis in duabus primis declinationibus habet ι semper subscriptum, scilicet ᾳ, ῃ, ῳ, punctulo subjecto.

Quædam nomina in ας Dorice declinata formant Gen. in α, ut ὁ Θωμᾶς, τοῦ Θωμᾶ, *Thomas*: quædam vero formant Gen. in ου et in α, ut Πυθαγόρας, τοῦ Πυθαγόρου et Πυθαγόρα, Pythagoras.

Attice Vocativus est idem cum Nominativo in omni declinatione: in prima autem Vocativi quidem in α, Attice et poetice pro Nominibus usurpantur.

Exceptio. Nomina in της, ut προφήτης, propheta; Gentilia, ut Σκύθης, Scytha; Poetica in πης, ut κυνώπης, impudens; Composita a πωλῶ vendo, ut βιβλιοπώλης, librorum venditor; a μετρῶ metior, ut γεωμέτρης, terræ mensor; a τρίβω tero, ut παιδοτρίβης, puerorum præceptor, formant Vocativum in α breve, ut ὦ προφῆτα, ὦ Σκύθα, etc. At finita in στης habent utramque terminationem, in η et α, ut λῃστὴς latro, ὦ λῃστὴ et λῃστὰ etc.

Nomina finita in δα, θα, ρα et α purum, retinent

in toto singulari α. Itaque Genitivus est in ας, Dativus in ᾳ: sic etiam Ἀθηνᾶ, Minerva, Ναυσικᾶ, Nausica, μνᾶ, mina, contracta ex Ἀθηνάα, Ναυσικάα, μνάα. His adde Θέκλα, Thecla, Gen. ας, Dat. ᾳ. Dicitur α purum, quum vocalis, vel diphthongus præcedit α, ut in φιλία amicitia, ἀλήθεια veritas.

Quædam nomina in Dativo singulari patiuntur Metaplasmum, ut ἀλκί, pro ἀλκῇ, robori, et plurima augentur syllabis φι, et φιν, θύρᾳ, janua, θύρηφι, θύρηφιν.

Declinatio secunda.

Hæc declinatio quatuor continet terminationes; ος et ως masculini, feminini et communis generis; ον et ων neutrius. Nomina in ως et ων communi Grammaticorum consensu omnino Attica sunt, et derivantur ab iis quæ habent terminationem in ος et ον, mutata tantum pænultima longa α vel αι in ε, ut ὁ καρπὸς fructus, ἡ ἄμπελος vitis, ὁ et ἡ ἄνθρωπος, hic et hæc homo, τὸ ξύλον, lignum, ὁ λαὸς, populus, Attice ὁ λεώς, τὸ εὔγαιον fertile, Attice τὸ εὔγεων.

		Decl. Comm.		*Decl. Att.*		*Decl.*	*Comm.*	*Decl.*	*Attica.*
		ὁ, ἡ	τὸ	ὁ, ἡ	τὸ	ὁ	τὸ	ὁ	τό
S.	N.	ος	ον	ως	ων	καρπὸς	ξύλον	λεὼς	εὔγεων
	G.	ου		ω		καρποῦ	ξύλου	λεῶ	εὔγεω
	D.	ῳ		ῳ		καρπῷ	ξύλῳ	λεῷ	εὔγεῳ
	A.	ον		ων		καρπὸν	ξύλον	λεὼν	εὔγεων
	V.	ε	ον	ως	ων	καρπὲ	ξύλον	λεὼς	εὔγεων
D.	N. A. V.	ω		ω		καρπὼ	ξύλω	λεὼ	εὔγεω
	G. D.	οιν		ῳν		καρποῖν	ξύλοιν	λεῷν	εὔγεῳν
P.	N.	οι	α	ῳ	ω	καρποὶ	ξύλα	λεῴ	εὔγεω
	G.	ων		ων		καρπῶν	ξύλων	λεῶν	εὔγεων
	D.	οις		ῳς		καρποῖς	ξύλοις	λεῷς	εὔγεῳς
	A.	ους	α	ως	ω	καρποὺς	ξύλα	λεὼς	εὔγεω
	V.	οι	α	ῳ	ω	καρποὶ	ξύλα	λεῴ	εὔγεω

In hac declinatione nomina neutra habent in omnibus numeris tres casus similes, nempe Nominativum, Accusativum et Vocativum, ut et apud Latinos.

Attici in hac declinatione, loco litterarum α, ε, adsumunt ω; si ι adfuerit, subscribitur, sed υ abjicitur.

Poetice Dativus et Accusativus singularis, et Dativus pluralis mutantur per Metaplasmum; ut παρθένι *pro* παρθένῳ, ἄστρασι *pro* ἄστροις, σάββασι *pro* σαββάτοις. *Pauca patiuntur Apocopen, ut* ἔρι *pro* ἔριον, *lana, et nonnullis* φι *et* φιν *adjungitur, ut* στρατόφι, στρατόφιν, *pro* στρατὸς, *exercitus.*

Quinque nomina hujus declinationis formant Accusativum in ω: *uti* Ἄθως, Ἄθω, *Atho mons,* ἕως, ἕω, *aurora.* Κέως, Κέω, *Ceos insula,* Κῶς, Κῶ, *Cos insula,* λαγὼς, λαγὼ, *lepus.*

Veteres Attici ν *finalem ex Accusativo removerunt, ut* ἀγήρω *pro* ἀγήρων. *Unicum est nomen hujus declinationis in* ως *neutrius generis:* τὸ χρέως *debitum, sed reperitur etiam* ὁ χρέως.

Tertia declinatio imparisyllaba.

Novem habet terminationes, quatuor vocales, et quinque consonantes, nempe α, ι, υ, ω, ν, ξ, ψ, ρ, ς, genera vero comprehendit omnia; ut ὁ ποιμὴν pastor, ἡ λαμπὰς lucerna, τὸ σῶμα corpus.

			ὁ	ἡ	τὸ
S.	N.	α, ι, υ, ω, ν, ξ, ψ, ρ, ς,	ποιμὴν	λαμπὰς	σῶμα
	G.	ος	ποιμένος	λαμπάδος	σώματος
	D.	ι	ποιμένι	λαμπάδι	σώματι
	A.	α	ποιμένα	λαμπάδα	σῶμα
	V.	similis Nominat.	ποιμὴν	λαμπὰς	σῶμα
D.	N. A. V.	ε	ποιμένε	λαμπάδε	σώματε
	G. D.	οιν	ποιμένοιν	λαμπάδοιν	σωμάτοιν
P.	N.	ες α neutr.	ποιμένες	λαμπάδες	σώματα
	G.	ων	ποιμένων	λαμπάδων	σωμάτων
	D.	σι	ποιμέσι	λαμπάσι	σώμασι
	A.	ας α neutr.	ποιμένας	λαμπάδας	σώματα
	V.	ες α neutr.	ποιμένες	λαμπάδες	σώματα

in toto singulari α. Itaque Genitivus est in ας, Dativus in ᾳ: sic etiam Ἀθηνᾶ, Minerva, Ναυσικᾶ, Nausica, μνᾶ, mina, contracta ex Ἀθηνάα, Ναυσικάα, μνάα. His adde Θέκλα, Thecla, Gen. ας, Dat. ᾳ. Dicitur α purum, quum vocalis, vel diphthongus præcedit α, ut in φιλία amicitia, αλήθεια veritas.

Quædam nomina in Dativo singulari patiuntur Metaplasmum, ut αλκὶ, pro αλκῇ, robori, et plurima augentur syllabis φι, et φιν, θύρᾳ, janua, θύρηφι, θύρηφιν.

Declinatio secunda.

Hæc declinatio quatuor continet terminationes; ος et ως masculini, feminini et communis generis; ον et ων neutrius. Nomina in ως et ων communi Grammaticorum consensu omnino Attica sunt, et derivantur ab iis quæ habent terminationem in ος et ον, mutata tantum pænultima longa α vel αι in ε, ut ὁ καρπὸς fructus, ἡ ἄμπελος vitis, ὁ et ἡ ἄνθρωπος, hic et hæc homo, τὸ ξύλον, lignum, ὁ λαὸς, populus, Attice ὁ λεὼς, τὸ εὔγαιον fertile, Attice τὸ εὔγεων.

		Decl. Comm.		*Decl. Att.*		*Decl.*	*Comm.*	*Decl.*	*Attica.*
		ὁ, ἡ	τὸ	ὁ, ἡ	τὸ	ὁ	τὸ	ὁ	τό
S.	N.	ος	ον	ως	ων	καρπὸς	ξύλον	λεὼς	εὔγεων
	G.	ου		ω		καρποῦ	ξύλου	λεῶ	εὔγεω
	D.	ῳ		ῳ		καρπῷ	ξύλῳ	λεῷ	εὔγεῳ
	A.	ον		ων		καρπὸν	ξύλον	λεὼν	εὔγεων
	V.	ε	ον	ως	ων	καρπὲ	ξύλον	λεὼς	εὔγεων
D.	N. A. V.	ω		ω		καρπὼ	ξύλω	λεὼ	εὔγεω
	G. D.	οιν		ῳν		καρποῖν	ξύλοιν	λεῷν	εὔγεῳν
P.	N.	οι	α	ῳ	ω	καρποὶ	ξύλα	λεῴ	εὔγεω
	G.	ων		ων		καρπῶν	ξύλων	λεῶν	εὔγεων
	D.	οις		ῳς		καρποῖς	ξύλοις	λεῷς	εὔγεῳς
	A.	ους	α	ως	ω	καρποὺς	ξύλα	λεὼς	εὔγεω
	V.	οι	α	ῳ	ω	καρποὶ	ξύλα	λεῴ	εὔγεω

In hac declinatione nomina neutra habent in omnibus numeris tres casus similes, nempe Nominativum, Accusativum et Vocativum, ut et apud Latinos.

Attici in hac declinatione, loco litterarum α, ε, adsumunt ω; si ι adfuerit, subscribitur, sed υ abjicitur.

Poetice Dativus et Accusativus singularis, et Dativus pluralis mutantur per Metaplasmum; ut παρθένι *pro* παρθένῳ, ἄστρασι *pro* ἄστροις, σάββασι *pro* σαββάτοις. *Pauca patiuntur Apocopen, ut* ἔρι *pro* ἔριον, *lana, et nonnullis* φι *et* φιν *adjungitur, ut* στρατόφι, στρατόφιν, *pro* στρατὸς, *exercitus.*

Quinque nomina hujus declinationis formant Accusativum in ω: *uti* Ἄθως, Ἄθω, *Atho mons*, ἕως, ἕω, *aurora.* Κέως, Κέω, *Ceos insula*, Κῶς, Κῶ, *Cos insula*, λαγὼς, λαγὼ, *lepus.*

Veteres Attici ν *finalem ex Accusativo removerunt, ut* ἀγήρω *pro* ἀγήρων. *Unicum est nomen hujus declinationis in* ως *neutrius generis:* τὸ χρέως *debitum, sed reperitur etiam* ὁ χρέως.

Tertia declinatio imparisyllaba.

Novem habet terminationes, quatuor vocales, et quinque consonantes, nempe α, ι, υ, ω, ν, ξ, ψ, ρ, ς, genera vero comprehendit omnia; ut ὁ ποιμὴν pastor, ἡ λαμπὰς lucerna, τὸ σῶμα corpus.

			ὁ	ἡ	τὸ
S.	N.	α, ι, υ, ω, ν, ξ, ψ, ρ, ς,	ποιμὴν	λαμπὰς	σῶμα
	G.	ος	ποιμένος	λαμπάδος	σώματος
	D.	ι	ποιμένι	λαμπάδι	σώματι
	A.	α	ποιμένα	λαμπάδα	σῶμα
	V.	similis Nominat.	ποιμὴν	λαμπὰς	σῶμα
D.	N. A. V.	ε	ποιμένε	λαμπάδε	σώματε
	G. D.	οιν	ποιμένοιν	λαμπάδοιν	σωμάτοιν
P.	N.	ες α neutr.	ποιμένες	λαμπάδες	σώματα
	G.	ων	ποιμένων	λαμπάδων	σωμάτων
	D.	σι	ποιμέσι	λαμπάσι	σώμασι
	A.	ας α neutr.	ποιμένας	λαμπάδας	σώματα
	V.	ες α neutr.	ποιμένες	λαμπάδες	σώματα

Terminationes nominum tertiæ declinationis.

I. α ατος, ut τὸ ποίημα, ποιήματος poema } Hæc omnia
II. ι- { ιτος — τὸ μέλι, μέλιτος mel } sunt generis
ιος — τὸ σινηπι σινήπιος sinapi } neutrius.
III. υ υος — τὸ δακρυ, δακρυος lacryma; at ἄστυ urbs, habet ἄστεος, πῶυ grex, πωεος, γόνυ vero genu, et δόρυ hasta, habent γόνυος et γονατος, δόρυος et δόρατος.
IV. ω οος — Λητω, Λητόος Latona. Hæc nomina formant numerum dualem et pluralem ad normam secundæ declinationis simplicium.

V. ν
αν { ανος ut ὁ Τιτὰν, Τιτᾶνος Titan.
αντος — τὸ τύψαν, αντος, quod verberavit.
εν { ενος — τὸ τέρεν, τέρενος tener.
εντος — τὸ τυφθὲν τυφθέντος verberatum.
ην { ηνος — ἡ σειρὴν σειρῆνος siren.
ενος — ἡ φρὴν, φρενὸς mens.
ιν ινος — ὁ δελφὶν, δελφῖνος delphin.
ον { ονος — τὸ μεῖζον, μείζονος majus.
οντος — τὸ τύπτον, τύπτοντος verberans.
ουν { οδος — τὸ δίπουν, δίποδος bipes.
ουντος — τὸ τυπτοῦν, τυπτοῦντος verberaturum.
υν { υνος — ὁ μόσσυν, μόσσυνος turris.
υντος — τὸ ζευγνὺν, ζευγνύντος jungens.
ων { ωνος — ὁ κλὼν κλωνος ramus.
ονος — ἡ χελιδὼν, χελιδόνος hirundo: at κύων canis, habet κυνὸς per syncopen pro κύονος.
ωντος — ὁ Ξενοφῶν, Ξενοφῶντος Xenophon.
οντος — ὁ δρακων δρακοντος draco.
ουντος — ὁ τυπτῶν, τυπτοῦντος verberaturus.

VI. ξ { γος — ὁ ἅρπαξ, ἅρπαγος rapax.
κος — ὁ θώραξ, θώρακος thorax.
κτος — ἡ νὺξ, νυκτὸς nox.
χος — ὁ et ἡ βὴξ, βηχὸς tussis.

VII. ψ { βος — ἡ φλὲψ, φλεβὸς vena.
πος — ὁ ὢψ, ωπὸς vultus.
φος — ἡ κατῆλιψ, κατήλιφος scala.

VIII. ρ

- αρ
  - αρος ut τὸ νέκταρ, νέκταρος nectar.
  - ατος — τὸ ἧπαρ, ἥπατος jecur: at ἡ δάμαρ uxor, habet δάμαρτος.
- ειρ ειρος — ὁ φθεὶρ. φθειρὸς pediculus.
- ηρ
  - ηρος — ὁ λουτὴρ, λουτῆρος pelvis.
  - ερος — ὁ ἀὴρ, αέρος aer.
- ορ ορος — τὸ ἦτορ, ἤτορος animus.
- υρ υρος — τὸ πῦρ, πυρὸς ignis.
- ωρ
  - ωρος — ὁ φωρ φωρὸς fur.
  - ορος — ὁ Νέστωρ, Νέστορος Nestor: at τὸ ὕδωρ aqua, habet ὕδατος ab inusitato Nominativo ὕδας; et τὸ σκῶρ stercus, habet σκάτος ab inusit. σκὰρ vel σκὰς.

IX. σ

- ας
  - Mascul.
    - Subst. αντος, ut ὁ ανδριὰς, ανδριάντος statua, at ὁ λᾶας lapis, habet λάαος, λάος; Nominativus vero contractus ὁ λᾶς habet λαὸς.
    - Adject. ανος, ut ὁ μέλας, μέλανος niger.
  - Femin. . . . . . αδος, ut ἡ μονὰς, μονάδος unitas.
  - Neutr. . . . . . ατος, ut τὸ γῆρας, γήρατος senectus.
- αις
  - αιδος ut ὁ et ἡ παῖς, παιδὸς, puer et puella.
  - αιτος — ἡ δαὶς, δαιτὸς convivium.
- αυς αος — ἡ γραῦς, γραὸς anus.
- ες εος — τὸ αληθὲς, αληθέος verum.
- εις
  - ειδος — ἡ κλεὶς, κλειδὸς clavis.
  - ενος — ὁ κτεὶς, κτενὸς pecten.
  - εντος — ὁ χαρίεις, χαρίεντος venustus.
- ευς εος — ὁ βασιλεὺς, βασιλέος rex.
- ης
  - ητος — ὁ λέβης, λέβητος lebes.
  - ηντος — ὁ τιμῆς, τιμῆντος honoratus.
  - εντος — ὁ Κλήμης, Κλήμεντος Clemens.
  - εος — ἡ τριήρης, τριήρεος triremis.

IX. σ	ις	ιδος	ut ἡ κρηπὶς, κρηπῖδος crepido.
		ιθος	— ὁ et ἡ ὄρνις, ὄρνιθος avis.
		ιτος	— ἡ χάρις, χάριτος gratia.
		ιστος	— ἡ θέμις, θέμιστος jus.
		ινος	— ὁ et ἡ τὶς, τινὸς aliquis, et aliqua.
		ιος	— ἡ πόλις, πόλιος urbs.
	ος	εος	— τὸ τεῖχος, τείχεος murus.
		οτος	— τὸ τετυφὸς, τετυφότος quod verberavit.
	ους	οδος	— ὁ ποῦς, ποδὸς pes.
		οος	— ὁ νοῦς, νοὸς mens.
		ουντος	— ὁ πλακοῦς, πλακοῦντος placenta.
		οντος	— ὁ ὀδοὺς, ὀδόντος dens.
		ωτος	— τὸ οὖς, ὠτὸς auris.
		υος	— ὁ μῦς, μυὸς mus.
	υς	εος	— ὁ ὀξὺς, ὀξέος acutus.
		εως	— ὁ πρέσβυς, πρέσβεως senex.
		υδος	— ἡ χλαμὺς, χλαμύδος chlamys.
		υθος	— ἡ κόρυς, κόρυθος galea.
		υντος	— ὁ ζευγνὺς ζευγνύντος jungens.
	ως	ωδος	— ἡ φῷς, φῳδὸς pustula.
		ωτος	— ὁ φὼς, φωτὸς vir. τὸ φῶς, φωτὸς lux.
		ωος	— ὁ ἥρως, ἥρωος heros.
		οτος	— ὁ τετυφὼς, τετυφότος qui verberavit.
		οος	— ἡ ἠὼς, ἠόος aurora.
	λς	λος	— ὁ ἅλς, ἁλὸς sal; ἡ ἅλς, ἁλὸς mare.
	νς	νθος	— ἡ ἕλμινς, ἕλμινθος lumbricus.
	ρς	ρτος	— ὁ μάκαρς, μάκαρτος beatus.

Accusativus desinit in α.

Exceptiones. Nomina in ις, υς, αυς, ους pure declinata mutant σ Nominativi in ν: ut ὁ ὄφις serpens, τὸν ὄφιν: ὁ βότρυς racemus, τὸν βότρυν; ἡ γραῦς anus, τὴν γραῦν; ὁ βοῦς bos, τὸν βοῦν, poetice tamen aliquando dicitur βόα, βότρυα etc.

Gravitona in ις et υς non pure declinata utramque retinent terminationem α et ν: ut ἡ ἔρις contentio, τὴν ἔριδα et ἔριν; ὁ νέηλυς advena, τὸν νεήλυδα et νέηλυν.

Vocativus similis est Nominativo.

Exceptiones. Nomina, quæ declinantur in Genitivo per αντος, εντος, οντος, formant Vocativum ablato τος Genitivi: ut ὁ Θόας, Θόαντος, ὦ Θόαν et poetice Θόα,

Thoas; ὁ χαρίεις, χαρίεντος, ὦ χαρίεν gratiosus, ὁ λέων, λέοντος, ὦ λέον. Adjectiva tamen in εις habent Vocativum etiam in ει, ut ὦ χαρίει.

Excipiuntur ab hac regula omnia Participia, itemque nomina propria in ης: ut ὁ τύψας, τύψαντος, ὦ τύψας; ὁ τυφθεὶς, τυφθέντος, ὦ τυφθεὶς; ὁ τύπτων, τύπτοντος, ὦ τύπτων; ὁ Κλήμης, Κλήμεντος, ὦ Κλήμης, Clemens. Finita vero in ης et per εος declinata habent in Vocativo ες: ut ὁ Δημοσθένης, Δημοσθένεος, ὦ Δημόσθενες, Demosthenes.

Adjectiva in ην, Gravitona in ωρ, et finita in ας, ανος, et in ων, ονος, formant Vocativum ablato ος Genitivi: ut ὁ et ἡ τέρην, τέρενος, ὦ τέρεν tener; ὁ παντοκράτωρ, παντοκράτορος, ὦ παντοκράτορ, omnipotens, ὁ μέλας, μέλανος, ὦ μέλαν, niger; ὁ δαίμων, δαίμονος, ὦ δαῖμον, dæmon.

Gravitona in ηρ, et quatuor acutitona ὁ πατὴρ pater, ὁ δαὴρ levir, ὁ ἀνὴρ vir, ὁ σωτὴρ salvator, formant Vocativum in ερ: ut ὦ μῆτερ, mater, ὦ πάτερ, ὦ δᾶερ, ὦ ἄνερ, ὦ σῶτερ.

Nomina in ευς et ους abjiciunt σ, ut ὁ βασιλεὺς, ὦ βασιλεῦ rex, ὁ πλακοῦς, ὦ πλακοῦ placenta; præter ὁ ποῦς, ὦ ποῦς pes; ὁ ὀδοὺς, ὦ ὀδοὺς dens; et participia δοὺς et γνοὺς: δίπους tamen habet ὦ δίπους et ὦ δίπου.

Gravitona in ις et υς, adjectiva acutitona in υς, itemque monosyllaba in υς amittunt σ in Vocativo, ut ὁ ὄφις, ὦ ὄφι serpens; ὁ βότρυς, ὦ βότρυ racemus; ὁ ὀξὺς, ὦ ὀξῦ acutus; ὁ μῦς, ὦ μῦ mus.

Nomen ὁ et ἡ παῖς puer et puella, Vocativum habet ὦ παῖ. Sed ejus composita retinent σ, ut ὁ et ἡ ἄπαις, ὦ ἄπαις expers liberorum.

Nomina in ω et ως per οος declinata habent in Vocativo οῖ: ut ἡ Λητὼ, Λητόος, ὦ Λητοῖ Latona, ἡ αἰδὼς, αἰδόος, ὦ αἰδοῖ pudor.

De Dativo Plurali.

Dativus pluralis formatur a Dativo singulari adsumendo σ ante ι, et abjiciendo δ, θ, ν, τ, ut a λαμπάδι fit λαμπάσι; at in nominibus exeuntibus in ξ, ψ, vel diphthongo, a Nominativo singulari, addendo ι, ut κόραξ, corvus, κόραξι; Ἄραψ, Arabs, Ἄραψι; βασιλεὺς, rex, βασιλεῦσι; βοῦς, bos, βουσί. At ποῦς, pes, ποσί,

Quum penultima Dativi singularis est longa positione, fit longa etiam in Dativo plurali addendo ι post ε, et υ post ο; ita ut, quæ habent in Dativo singulari εντι, habeant in Dativo plurali εισι; quæ vero οντι, habeant ουσι: ut τιθέντι, τιθεῖσι; λέοντι, λέουσι.

Nomina, quæ syncopen patiuntur, formant Dativum pluralem in ασι: ut πατὴρ, πατρὸς, πατράσι; μήτηρ, μητρὸς, μητράσι. Sed in Accusativo singulari πατέρα, et μητέρα tantum leguntur, quia πάτρα, patriam, et μήτρα matricem significant.

Dativus Poeticus formatur a Genitivo singulari, mutando ος *in* εσι, *vel* εσσι, *ut* ἥρωος, *heros*, ἡρώεσι *et* ἡρώεσσι; ἔπεος, *verbum*, ἐπέεσσι.

Quibusdam neutris hujus declinationis in ος *additur syllaba* φι *et* φιν, *verso* ο *in* ε: *ut* τὸ στῆθος, *pectus*, στήθεσφι, τὸ ὄρος, *mons*, ὄρεσφι; τὸ ὄχος, *currus*, ὄχεσφι. *In femininis vero in* ων, *abjicitur* σ *Genitivi: ut* ἡ κοτυληδὼν, *coxa*, κοτυληδόνος, κοτυληδονόφι: ἡ μελεδὼν, *cura*, μελεδόνος, μελεδονόφι.

Apocope etiam accidit in hac declinatione in omnibus casibus singularibus: ut in Nominativo τὸ σκέπα *pro* σκέπασμα, *tegmen. In Genitivo* τοῦ Αἴαν *pro* Αἴαντος. *In Dativo*, τῇ δαὶ *pro* δαΐδι, *pugnæ:* τῇ παρακοίτι *pro* παρακοίτιδι, *uxori:* τῷ ἱδρῷ *pro* ἱδρῶτι *sudori. In Accusativo*, τὸν Ἀπόλλω *pro* Ἀπόλλωνα, τὸν ἱδρῶ *pro* ἱδρῶτα, *sudorem. In Vocativo*, ὦ Λαόδαμα *pro* Λαόδαμαν, *Laodamas*. Αἴα *pro* Αἴαν, *Ajax*.

De nominibus contractis.

Ex omnibus declinationibus nominum simplicium oriuntur nomina contracta: sic vero appellantur, quia in illis duæ syllabæ contrahuntur in unam, vel synæresi, quum duæ vocales in unam ita coeunt, ut ambæ serventur, ut τείχεϊ τείχει; vel crasi, quum vel mutatur utraque vocalis, ut τείχεα τείχη, vel altera tollitur, ut τειχέων τειχῶν.

Nomina contracta bifariam dividuntur. Alia contrahuntur in omnibus casibus: hæc pertinent ad primam et secundam declinationem simplicium. Alia vero nec in Nominativo nec Vocativo singulari, nec in Dativo plurali contractionen admittunt: hæc porro nomina

perperam dividuntur in quinque declinationes, quum reapse pertineant ad tertiam declinationem simplicium.

Nomina masculina finita in έας et έης contrahuntur in Nominat. sing. in ῆς, ut ὁ Ἑρμ-έας ῆς Hermes, ὁ Ἀπελλ-έης ῆς Apelles. Nomina feminina finita in έα, vel ία, vocali aut ρ præcedentibus, contrahuntur in Nominat. sing. in ᾶ; ut ἡ μν-έα ᾶ mina; ἡ ἐρ-έα ᾶ lana; finita vero in έη, όη, vel έα, nec vocali, nec ρ præcedentibus, contrahuntur in ῆ: ut ἡ συκ-έη ῆ ficus, ἡ διπλ-όη ῆ dupla, ἡ γ-έα ῆ terra: in reliquis casibus sequuntur analogam terminationem primæ declinationis simplicium.

Nomina masculina finita in εος et οος, et neutra in εον et οον contrahuntur in Nominativo singulari in οῦς et οῦν; ut ὁ ἀργύρ-εος οῦς argenteus; ὁ χν-όος οῦς lanugo, τὸ ὀστ-έον οῦν os ossis, τὸ ἁπλ-όον οῦν simplex: in omnibus autem casibus sequuntur analogam terminationem declinationis secundæ nominum simplicium.

Ex tertia declinatione simplicium oriuntur nomina contracta, quæ in quinque classes dividuntur: prima horum nominum classis tres continet terminationes, in ης masculini, feminini et communis generis, ut ὁ Δημοσθένης, Demosthenes; ἡ τριήρης triremis, ὁ et ἡ ἀληθὴς, verus, vera: in ες et ος neutrius, ut τὸ ἀληθὲς, verum, τὸ τεῖχος murus.

Contractorum classis prima.

		ὁ et ἡ		τὸ		τὸ	
S.	N.	ἀληθ-ὴς		ἐς		τεῖχ-ος	
	G.	ἀληθ-έος	οῦς			τείχ-εος	ους
	D.	ἀληθ-έϊ	εῖ			τείχ-εϊ	ει
	A.	ἀληθ-έα	ῆ	ὲς		τεῖχ-ος	
	V.	ἀληθ-ὲς		ἐς		τεῖχ-ος	
D.	N. A. V.	ἀληθ-έε	ῆ			τείχ-εε	η
	G. D.	ἀληθ-έοιν	οῖν			τειχ-έοιν	οῖν
P.	N.	ἀληθ-έες	εῖς	έα	ῆ	τείχ-εα	η
	G.	ἀληθ-έων	ῶν			τειχ-έων	ῶν
	D.	ἀληθ-έσι				τείχ-εσι	
	A.	ἀληθ-έας	εῖς	έα	ῆ	τείχ-εα	η
	V.	ἀληθ-έες	εῖς	έα	ῆ	τείχ-εα	η

Exceptiones. Nomina propria hujus classis habent nonnunquam terminationem primæ simplicium in quibusdam casibus: ut τὸν Ἀριστοφάνην, οἱ Ἀριστοφάναι, τοὺς Ἀριστοφάνας; et τὸν Σωκράτην, ὦ Σωκράτη, unde Latinum, o Socrate. Item composita ab ἔτος annus: ut ὁ ἑπταέτης septennis, τοὺς ἑπταέτας.

Quæ desinunt in ης purum contrahuntur Attice in Accusativo in α, ut ὁ et ἡ εὐφυὴς ingeniosus, τὸν et τὴν εὐφυέα, εὐφυᾶ.

Neutra aliquando contrahuntur in duali in ει, ut τὸ σκέλος crus, τὼ σκέλεε, σκέλει: sed τὸ ὄσσος oculus, habet per syncopen τὼ ὄσσε pro ὄσσεε.

Nomina propria in ης, composita ex κλέος contrahuntur in Nominativo singulari, et dupliciter in reliquis casibus, ut ὁ Ἡρακλέης, Ἡρακλῆς, Hercules; ὁ Θεμιστοκλέης, Themistocles, ὁ Σοφοκλέης, Sophocles, et alia plurima.

S.	N.	Ἡρακλ-έης		ῆς	
	G.	Ἡρακλ-έεος	έους	έος	οῦς
	D.	Ἡρακλ-έεϊ	έει	έϊ	εῖ
	A.	Ἡρακλ-έεα	έη	έα	ῆ Att. ένν, ῆν
	V.	Ἡράκλ-εες	εις	ες Att. ῆς	
D.	N. A. V.	Ἡρακλ-έεε	έη	έε	ῆ
	G. D.	Ἡρακλ-εέοιν	έοιν	οῖν	
P.	N	Ἡρακλ-έεες	έεις	έες	εῖς
	G.	Ἡρακλ-εέων	έων	ῶν	
	D.	Ἡρακλ-έεσι	έσι	έσι	
	A.	Ἡρακλ-έεας	έεις	έας	εῖς
	V.	Ἡρακλ-έεες	έεις	έες	εῖς

Contractorum classis secunda.

Duas habet terminationes, ις masculini et feminini generis: ut ὁ ὄφις, serpens, ἡ λέξις, dictio; et ι neutrius: ut τὸ σίνηπι, sinapi. Dupliciter declinantur hæc nomina in Genitivo et aliis casibus; Ionice in ιος, communiter in εος, Attice vero in Genitivo singulari in εως, et in Genitivo duali in εων.

		Ionice ὁ		Communiter ὁ			Ionice τὸ		Communiter τὸ		
S.	N.	ὄφ-ις		ις			σίνηπ-ι		ι		
	G.	ὄφ-ιος		εος	Att.	εως	σινήπ-ιος		εος	Att.	εως
	D.	ὄφ-ιϊ	ι	εϊ	ει		σινήπ-ιϊ	ι	εϊ	ει	
	A.	ὄφ-ιν		ιν			σίνηπ-ι		ι		
	V	ὄφ-ι		ι			σίνηπ-ι		ι		
D.	N. A. V.	ὄφ-ιε	ι	εε	η		σινήπιε	ι	εε	η	
	G. D.	ὀφ-ίοιν		έοιν	Att.	εῷν	σινηπ-ίοιν		έοιν	Att.	εῷν
P	N.	ὄφ-ιες	ις	έες	εις		σινήπ-ια	ι	εα	η	
	G.	ὀφ-ίων		εών			σινηπ-ίων		εων		
	D.	ὄφ-ισι		εσι			σινήπ-ισι		εσι		
	A.	ὄφ-ιας	ις	έας	εις		σινήπ-ια	ι	εα	η	
	V.	ὄφ-ιες	ις	εες	εις		σινήπ-ια	ι	εα	η	

Contractorum classis tertia.

Unicam habet terminationem in εὺς, generis masculini tantum, ut ὁ βασιλεὺς rex.

S.	N. βασιλ-εὺς	D.	N. A. V. έε ῆ	P.	N έες εῖς
	G βασιλ-έος Att. έως		G. D. έοιν		G. έων
	D. βασιλ-έϊ εῖ				D εῦσι
	A. βασιλ-έα				A έας εῖς
	V. βασιλ-εῦ				V έες εῖς

Exceptio. Genitivus in έως non contrahitur: contrahuntur tamen nomina, quæ ante έως vocalem vel diphthongum habent: ut ὁ Πειραιεὺς, Piræeus, τοῦ Πειραιέως, Πειραιῶς; ὁ Στειριεὺς, Stirieus, τοῦ Στειριέως, Στειριῶς. Eadem Accusativum contrahunt in ᾶ, τὸν Πειραιᾶ, τὸν Στειριᾶ.

Contractorum classis quarta.

Duas habet terminationes, in ὼ et ὼς, generis tantum feminini; ut ἡ ἠχὼ echo, ἡ αἰδὼς verecundia.

Numerus singularis tantum in hac declinatione contrahitur. Dualis et pluralis sequuntur formam secundæ declinationis simplicium. Vocativus singularis similis est Dativo.

ἡ

S.	N.	ἠχ-ὼ	
	G.	ἠχ-όος	οῦς
	D.	ἠχ-όϊ	οῖ
	A.	ἠχ-όα	ὼ
	V.	ἠχ-οῖ	
D.	N. A. V.	ἠχ-ὼ	
	G. D.	ἠχ-οῖν	
P.	N.	ἠχ-οὶ	
	G.	ἠχ-ῶν	
	D.	ἠχ-οῖς	
	A.	ἠχ-οὺς	
	V.	ἠχ-οὶ	

S.	N.	αἰδ-ὼς	
	G.	αἰδ-όος	οῦς
	D.	αἰδ-όϊ	οῖ
	A.	αἰδ-όα	ὼ
	V.	αἰδ-οῖ	
D.	N. A. V.	αἰδ-ὼ	
	G. D.	αἰδ-οῖν	
P.	N.	αἰδ-οὶ	
	G.	αἰδ-ῶν	
	D.	αἰδ-οῖς	
	A.	αἰδ-οὺς	
	V.	αἰδ-οὶ	

Contractorum classis quinta.

Duas complectitur terminationes, in ας purum et ρας, generis neutrius tantum: ut τὸ κρέας caro, τὸ κέρας cornu. Ex inflexione communi, quæ est in ατος, Ionice eximitur τ, deinde Attice fit contractio, in Genitivis quidem per ω, in reliquis autem casibus per α; si adsit ι, subscribitur.

		τὸ			τὸ		
S.	N.	κρέ-ας			κέ-ρας		
	G.	κρέ-ατος	αος	ως	κέ-ρατος	ραος	ρως
	D.	κρέ-ατι	αϊ	ᾳ	κέ-ρατι	ραϊ	ρᾳ
	A.	κρέ-ας			κέ-ρας		
	V.	κρέ-ας			κέ-ρας		
D.	N. A. V.	κρέατε	αε	α	κέ-ρατε	ραε	ρα
	G. D.	κρε-άτοιν	άοιν	ῷν	κε-ράτοιν	ράοιν	ρῷν
P.	N.	κρέ-ατα	αα	α	κέ-ρατα	ραα	ρα
	G.	κρε-άτων	άων	ῶν	κε-ράτων	ράων	ρῶν
	D.	κρέ-ασι			κέ-ρασι		
	A.	κρέ-ατα	αα	α	κέ-ρατα	ραα	ρα
	V.	κρέ-ατα	αα	α	κέ-ρατα	ραα	ρα

Sunt etiam quædam alia nomina hujus declinationis, quæ ανωμάλως contrahuntur, ut substantiva in υς et ὺς, adjectiva in ὺς, substantiva in οῦς et αῦς, comparativa denique in ων; sed hæc omnia inter heteroclita contractione reperientur.

TABULA continens terminationes omnium nominum contractorum, quae derivantur ex tertia declinatione simplicium.

		Classis 1.a		2.a Ionica		2.a Communis		3.a	4.a	5.a		
		ὁ ἡ	τό	ὁ ἡ	τό	ὁ, ἡ	τό	ὁ	ἡ	τό		
S.	Nom.	ης	ες ος	ις	ι	ις	ι	ευς	ω ως	ας		
	Gen.	εος, ους		ιος		εος Att. εως		εος Att. εως	οος, ους	ατος	αος	ως
	Dat.	εϊ, ει		ιϊ, ι		εϊ, ει		εϊ, ει	οϊ, οι	ατι	αϊ	ᾳ
	Acc.	εα, η	ες ος	ιν	ι	ιν	ι	εα	οα, ω	ας		
	Voc.	ες	ες ος	ι	ι	ι	ι	ευ	οι	ας		
D.	N.A.V.	εε, η		ιε, ι		εε, η		εε, η	ω	ατε	αε	α
	G.D.	εοιν, οιν		ιοιν		εοιν Att. εων		εοιν	οιν	ατοιν	αοιν	ῷν
P.	Nom.	εες, εις	εα, η	ιες, ις	ια, ι	εες, εις	εα, η	εες, εις	οι	ατα	αα	α
	Gen.	εων, ων		ιων		εων		εων	ων	ατων	αων	ῶν
	Dat.	εσι		ισι		εσι		ευσι	οις		ασι	
	Acc.	εας, εις	εα, η	ιας, ις	ια, ι	εας, εις	εα, η	εας, εις	ους	ατα	αα	α
	Voc.	εες, εις	εα, η	ιες, ις	ια, ι	εες, εις	εα, η	εις, εις	οι	ατα	αα	α

De Adjectivis.

Nomina adjectiva in tres classes distribuuntur. Alia habent tria genera et tres terminationes; alia tria genera et duas terminationes; alia tria genera et unam terminationem.

Adjectiva trium generum et trium terminationum.

ὁ ἡ τὸ

ας αινα αν, ut ὁ μέλας, ἡ μέλαινα, τὸ μέλαν niger, a, um; sed μέγας, μεγάλη, μέγα magnus, a, um: πᾶς, πᾶσα, πᾶν omnis, cum suis compositis ἅπας, σύμπας universus, et participia in ας, ut τύψας, ασα, αν qui, quæ, quod verberavit.

εις εσσα εν, ut ὁ χαρίεις, ἡ χαρίεσσα, τὸ χαρίεν gratiosus, a, um; sed εἷς, μία, ἓν unus, a, um, cum suis compositis, et participia in εις, ut τυφθεὶς, τυφθεῖσα, τυφθὲν qui, quæ, quod vapulavit.

ην εινα εν, ut ὁ τέρην, ἡ τέρεινα, τὸ τέρεν tener, a, um.

ῆς ῆσσα ῆν, ut ὁ τιμήεις, τιμήεσσα, τιμῆεν, contracte ὁ τιμῆς, ἡ τιμῆσσα, τὸ τιμῆν honoratus, a, um.

ος η ον, ut ὁ καλὸς, ἡ καλὴ, τὸ καλὸν, pulcher, ra, rum; at nomina in ος purum, vel in ρος habent femininum in α, ut ὁ ἅγιος, ἡ ἁγία, τὸ ἅγιον sanctus, a, um, ὁ πονηρὸς, ἡ πονηρὰ, τὸ πονηρὸν malus, a, um: excipe tamen ea quæ desinunt in εος vel οος, ita ut non præcedat ρ: ut ὁ χρύσεος, ἡ χρυσέη aureus, a; ὁ ὄγδοος, ἡ ὀγδόη octavus, a; at ὁ ἀργύρεος, ἡ ἀργυρέα argenteus, ea.

Atticis ος communis est generis, præcipue in compositis et derivatis; ut ὁ et ἡ πάμφιλος, τὸ πάμφιλον omnibus amicus, a, um; ὁ et ἡ κόσμιος, τὸ κόσμιον elegans, Ita etiam composita et contracta in οῦς, ut ὁ et ἡ πολύπους, τὸ πολύπουν multis pedibus gaudens, ὁ et ἡ εὔνους, τὸ εὔνουν benevolus, a, um, pro εὔνοος, εὔνοον.

οῦς οῦσσα οῦν, ut ὁ μελιτοῦς, ἡ μελιτοῦσσα, τὸ μελιτοῦν melleus, a, um, contractum ex μελιτόεις, τόεσσα, τόεν.

ὁ ἡ τὸ
υς εια υ, ut ὁ γλυκὺς, ἡ γλυκεῖα, τὸ γλυκὺ dulcis, e: sed ὁ πολὺς, ἡ πολλὴ, τὸ πολὺ multus, a, um. Composita in υς sunt communis generis, ut ὁ et ἡ ἄδακρυς, τὸ ἄδακρυ non lacrymans.

ων ουσα ον, ut ὁ τύπτων, ἡ τύπτουσα, τὸ τύπτον verberans: et cetera participia.

ως υια ος, ut ὁ τετυφὼς, ἡ τετυφυῖα, τὸ τετυφὸς qui, quæ, quod verberavit, et cetera participia.

Anomala sunt sequentia; ὁ ἄλλος, ἡ ἄλλη, τὸ ἄλλο pro ἄλλον alius, a, ud; ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο pro ἐκεῖνον ille, a, ud; μέγας, μεγάλη, μέγα multus, a, um; πᾶς, πᾶσα, πᾶν omnis, e; εἷς, μία, ἓν unus, a, um; οὗτος, αὕτη, τοῦτο, hic, hæc, hoc; αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸν ille, a, ud. Sic in compositis τηλικοῦτος, τηλικαύτη, τηλικοῦτο talis, e.

Peculiarem habent inflexionem nomina ὁ μέγας magnus, et ὁ πολὺς multus, ideoque hic declinata subjiciuntur.

		ὁ	ἡ	τὸ	ὁ	ἡ	τὸ
S.	N.	μέ-γας	γάλη	γα	πολὺς	πολλὴ	πολὺ
	G.	με-γάλου	γάλης	γάλου	πολλοῦ	πολλῆς	πολλοῦ
	D.	με-γάλῳ	γάλῃ	γάλῳ	πολλῷ	πολλῇ	πολλῷ
	A.	μέ-γαν	γάλην	γα	πολὺν	πολλὴν	πολὺ
	V.	μέ-γας	γάλη	γα	πολὺ	πολλὴ	πολὺ
D.	N. A. V.	με-γάλω	γάλα	γάλω	πολλὼ	πολλὰ	πολλὼ
	G. D.	με-γάλοιν	γάλαιν	γάλοιν	πολλοῖν	πολλαῖν	πολλοῖν
P.	N.	με-γάλοι	γάλαι	γάλα	πολλοὶ	πολλαὶ	πολλὰ
	G.	με-γάλων	γαλῶν	γάλων	πολλῶν	πολλῶν	πολλῶν
	D.	με-γάλοις	γάλαις	γάλοις	πολλοῖς	πολλαῖς	πολλοῖς
	A.	με-γάλους	γάλας	γάλα	πολλοὺς	πολλὰς	πολλὰ
	V.	με-γάλοι	γάλαι	γάλα	πολλοὶ	πολλαὶ	πολλὰ

Adjectiva trium generum et duarum terminationum.

ὁ et ἡ	τὸ	
ην	εν,	ut ὁ et ἡ ἄρσην masculus, a, τὸ ἄρσεν masculum.
ης	ες,	ut ὁ et ἡ ἀληθὴς verus, a, τὸ ἀληθὲς verum.
ων	ον,	ut ὁ et ἡ μείζων major, τὸ μεῖζον majus.
ωρ	ορ,	ut ὁ et ἡ μεγαλήτωρ magnanimus, a, τὸ μεγαλῆτορ magnanimum.
ως	ων,	ut nomina Attice declinata, ὁ et ἡ εὔγεως fertilis, τὸ εὔγεων fertile.

Adjectiva trium generum et unius terminationis.

Nomina composita ex χεὶρ manus, ῥὶν nasus, et ἀκτὶν radius, unius sunt terminationis et trium generum, ut ὁ, ἡ, τὸ μακρόχειρ, longimanus, a, um, ὁ, ἡ, τὸ πλατύρριν, nares latas habens, ὁ, ἡ, τὸ εὐάκτιν, pulcros radios habens. Grammatici vulgo addunt nomina desinentia in αρ et αξ, ut μάκαρ felix, ἅρπαξ raptor, sed nullum ex his in neutro genere occurrere potior est eruditorum sententia.

Exempla nominum omnium declinationum tum simplicium, tum contractorum, atque etiam adjectivorum.

Simplicium.

I.	ὁ Μεσσίας Messias	ὁ δεσπότης dominus
	ὁ ὀρνιθοθήρας auceps	ὁ τεχνίτης artifex
	ἡ χαρὰ gaudium.	ἡ νίκη victoria
	ἡ θάλασσα mare	ἡ ψυχὴ anima
II.	ὁ φόβος timor	τὸ ἔργον opus
	ἡ σύνοδος conventus	τὸ εὐαγγέλιον evangelium.
	ὁ νεὼς templum	τὸ ἀνάπλεων plenum.
	ἡ ἅλως area	τὸ χρέων debitum
III.	τὸ γράμμα littera	ὁ κλῶν ramus
	ἡ ἠχὼ echo	τὸ ὕδωρ aqua

Contractorum.

I.	ὁ Σωσιγένης Sosigenes	τὸ ἱππομανὲς hippomanes
	ἡ διήρης biremis	τὸ ἄλγος dolor
II.	ὁ φίντις auriga	τὸ νῆστι jejunium
	ἡ γνῶσις cognitio	ἡ ἀποκάλυψις revelatio
III.	ὁ γονεὺς parens	ὁ φονεὺς homicida
	ὁ τομεὺς sector	ὁ ἀρχιερεὺς pontifex.

IV. { ἡ Σαρδὼ Sardinia — ἡ Διδὼ Dido
ἡ Κλωθὼ Clotho — ἡ ἠὼς aurora

V. { τὸ ἀρτόκρεας artocreas — τὸ γῆρας senectus
τὸ γέρας præmium — τὸ πεῖρας finis

Adjectivorum.

I. { ὁ ἀγαθὸς, ἡ ἀγαθὴ, τὸ ἀγαθὸν bonus, a, um.
ὁ κοῖλος, ἡ κοίλη, τὸ κοῖλον cavus, a, um.
ὁ γραφθεὶς, ἡ γραφθεῖσα, τὸ γραφθὲν scriptus, a, um.
ὁ τύψας, ἡ τύψασα, τὸ τύψαν qui, quæ, quod verberavit.

II. { ὁ, ἡ ἄχαρις, τὸ ἄχαρι, injucundus, a, um.
ὁ, ἡ φιλόδακρυς, τὸ φιλόδακρυ lacrymarum amans.
ὁ, ἡ δακρυχαρὴς, τὸ δακρυχαρὲς lacrymis gaudens.
ὁ, ἡ πλατύπους, τὸ πλατύπουν, latos pedes habens.

III. { ὁ, ἡ, τὸ πλατύῤῥιν, nares latas habens.
ὁ, ἡ, τὸ καμπυλόῤῥιν aduncum nasum habens.

De variatione Substantivorum:

Substantiva masculina mutant terminationem ad significandum sexum femininum.

ης in {
- τις, ut ὁ προφήτης propheta, ἡ προφῆτις prophetissa; ὁ παρακοίτης maritus, ἡ παράκοιτις uxor; ὁ Σκύθης Scytha, ἡ Σκύθις Scythissa.
- τρια, — ὁ ψάλτης psaltes, ἡ ψάλτρια psaltria; ὁ ποιητὴς poeta, ἡ ποιήτρια poetria.
- τρις, — ὁ αὐλητὴς tibicen, ἡ αὐλητρὶς tibicina.
- αινα, — ὁ ἰχθυοπώλης piscium venditor, ἡ ἰχθυοπώλαινα piscium venditrix.
- οινα, — ὁ δεσπότης dominus, ἡ δέσποινα domina.
- ησσα, — ὁ πένης pauper, ἡ πένησσα paupercula; ὁ Κρὴς Cretensis, ἡ Κρῆσσα Cressa.

ην in ηνις, — ὁ Ἕλλην Græcus vir, ἡ Ἑλληνὶς Græca mulier.

ος in {
- α, præcedente vocali aut ρ: ut ὁ Θεὸς Deus, ἡ Θεὰ Dea; ὁ ἑκυρὸς socer, ἡ ἑκυρὰ socrus.
- αινα, ut ὁ Θεὸς Deus, ἡ Θέαινα Dea; ὁ λύκος lupus, ἡ λύκαινα lupa.
- ις, ut ὁ ἀμνὸς agnus, ἡ ἀμνὶς agna.

αξ, αψ in ασσα, ut ὁ ἄναξ rex, ἡ ἄνασσα regina; ὁ φὰψ columbus, ἡ φάσσα columba.
ηρ in ειρα, ut ὁ σωτὴρ servator, ἡ σώτειρα, servatrix.
ευς — εια, — ὁ ἱερεὺς, ἡ ἱέρεια sacerdos.
ις — ιδνα, — ὁ ἔχις, ἔχιδνα vipera.
ιξ — ισσα, — ὁ Φοίνιξ Phœnix, ἡ Φοίνισσα Phœnissa.
ωρ — ειρα, — ὁ ὀλέτωρ interemtor, ἡ ὀλέτειρα interemtrix: sed ὁ συλλήπτωρ adjutor, ἡ συλλήπτρια adjutrix.
ων — αινα, — ὁ λέων, leo, ἡ λέαινα leæna; ὁ δράκων draco, ἡ δράκαινα dracæna.
υς in { υσσα, — ὁ Λίβυς Libys, ἡ Λίβυσσα Libyssa.
υς in { ειρα, — ὁ πρέσβυς senex, ἡ πρέσβειρα vetula.

De adjectivis numeralibus.

Quædam sunt Cardinalia, quædam Ordinalia. Cardinalia numerum absolute significant: ut εἷς, μία, ἓν unus, a, um, δύο, duo; οἱ, αἱ τρεῖς, τὰ τρία; tres, tria, οἱ, αἱ τέσσαρες, τὰ τέσσαρα quatuor.

		N.	G.	D.	A.
Sing.	Masc.	εἷς	ἑνὸς	ἑνὶ	ἕνα
	Fem.	μία	μιᾶς	μιᾷ	μίαν
	Neut.	ἓν	ἑνὸς	ἑνὶ	ἓν

Caret duali et plurali. Eodem modo declinantur composita: οὐδεὶς, οὐδεμία, οὐδὲν: μηδεὶς, μηδεμία, μηδὲν, nullus, a, um.

Dual. { N. A. δύο, Attice δύω cujusvis gen. et casus.
G. D. δυοῖν, Attice δυεῖν, Ionice δυῶν.
V. δυσὶ Ionice δυοῖσι.

Plur.	N. οἱ αἱ	τρεῖς,	τὰ τρία
	G. τῶν	τριῶν	
	D. τοῖς	τρισὶ	
	A. τοὺς, τὰς	τρεῖς,	τὰ τρία

Plur.	N. οἱ, αἱ	τέσσαρες,	τὰ τέσσαρα
	G. τῶν	τεσσάρων	
	D. τοῖς	τέσσαρσι	
	A. τοὺς, τὰς	τέσσαρας,	τὰ τέσσαρα

A quatuor usque ad centum sunt indeclinabilia, πέντε, quinque, ἓξ, ἑπτὰ, ὀκτὼ, ἐννέα, δέκα, decem, ἕνδεκα, δεκατρεῖς, δεκατέσσαρες, δεκαπέντε, δεκαὲξ, δεκαεπτὰ, δεκαοκτὼ, δεκαεννέα, εἴκοσι, viginti: εικοσιεῖς, εικοσιδύο, etc. τριάκοντα, τεσσαράκοντα, πεντήκοντα, ἑξή-

κοντα, ἑβδομήκοντα, ὀγδοήκοντα, ἐννενήκοντα, ἑκατὸν, centum: hinc jam declinantur, οἱ διακόσιοι, αἱ διακόσιαι, τὰ διακόσια, ducenti, tæ, ta; τριακόσιοι, τεσσαρακόσιοι, πεντακόσιοι, ἑξακόσιοι, ἑπτακόσιοι, ὀκτακόσιοι, ἐννεακόσιοι, χίλιοι. mille. δισχίλιοι, τρισχίλιοι, τετρασχίλιοι πεντακισχίλιοι, ἑξακισχίλιοι, ἑπτακισχίλιοι, ὀγδοακισχίλιοι, ἐννεακισχίλιοι, μύριοι, decies mille: δισμύριοι, τρισμύριοι: et ita in reliquis.

Ordinalia numerum significant in ordine.

Πρῶτος, primus. δεύτερος, τρίτος, τέταρτος, πέμπτος, ἕκτος, ἕβδομος. ὄγδοος, ἔννατος, δέκατος, decimus: ἑνδέκατος, δωδεκαδέκατος, τρισκαιδέκατος, etc. εἰκοστὸς, vicesimus: εἰκοστὸς πρῶτος εἰκοστὸς δεύτερος, etc. τριακοστὸς, τεσσαρακοστὸς πεντηκοστὸς, ἑξηκοστὸς, ἑβδομηκοστὸς, ὀγδοηκοστὸς, ἐννενηκοστὸς, ἑκατοστὸς, centesimus. διακοσιοστὸς, τριακοσιοστὸς, etc. χιλιοστὸς, millesimus: δισχιλιοστὸς, μυριοστὸς, decies millesimus: δισμυριοστὸς: et sic deinceps.

Sunt quædam alia nomina, quæ temporalia vel potius dialia dici possunt, eo quod dierum spatium significant, et incipiunt a secundo: ut δευτεραῖος secundanus, id est qui secundo die venit; τριταῖος tertianus; τεταρταῖος quartanus; πεμπταῖος, ἑκταῖος, ἑβδομαῖος ὀγδοαῖος, ἐνναταῖος, δεκαταῖος, ἑνδεκαταῖος etc. Interrogativum est ποσταῖος quoto die?

De nominibus abstractis.

Nomina abstracta sunt feminini generis, ut ἡ μονὰς unitas, ἡ δυὰς duitas seu binarius; ἡ τριὰς, trinitas; ἡ τετρὰς, ἡ πεμπτὰς, ἡ ἑκτὰς, ἡ ἑπτὰς, ἡ ὀγδοὰς, ἡ ἐννεὰς, ἡ δεκὰς, ἡ ἑκατοντὰς, ἡ χιλιὰς, ἡ μυριάς.

De nominibus derivativis.

Derivativorum nominum species sunt præsertim Comparativum, Superlativum, Patronymicum, Gentile, Diminutivum, Amplificativum, Denominativum, Possessivum, Verbale.

De Comparativis et Superlativis.

Formantur a Positivis: Comparativa sunt vel regularia, vel irregularia: regularia masculina in τερος. feminina in τέρα, neutra in τερον: Superlativa masculina in τατος, feminina in τάτη, neutra in τατον, ita ut

masculina et neutra sint tertiæ simplicium, feminina primæ.

Quoniam vero in formandis Comparativis aut littera tollitur, aut vocalis permutatur pro terminationibus Positivorum; exempla sequentia, in singulis terminationibus collocata, planius docebunt, quam præcepta.

Positiva. in	*Comparativa.* in	*Superlativa.* in
ος	{ ότερος ώτερος	{ ότατος ώτατος
ων	ονέστερος	ονέστατος
αρ	άρτερος	άρτατος
ας	άντερος	άντατος
ις	ίστερος	ίστατος
εις ην ης	έστερος	έστατος
ους	ούστερος	ούστατος
υς	ύτερος	ύτατος

	Positiva.	*Comparativa.*	*Superlativa.*
ος	πρᾶος	πρᾳότερος	πρᾳότατος *mitis.*
ος	σοφὸς	σοφώτερος	σοφώτατος *sapiens.*
ων	σώφρων	σωφρονέστερος	σωφρονέστατος *modestus.*
αρ	μάκαρ	μακάρτερος	μακάρτατος *felix.*
ας	μέλας	μελάντερος	μελάντατος *niger.*
ις	γάστρις	γαστρίστερος	γαστρίστατος *gulosus.*
εις	χαρίεις	χαριέστερος	χαριέστατος *gratiosus.*
ην	τέρην	τερενέστερος	τερενέστατος *tener.*
ης	ευσεβὴς	ευσεβέστερος	ευσεβέστατος *pius.*
ους	ἁπλοῦς	ἁπλούστερος	ἁπλούστατος *simplex.*
υς	ευρὺς	ευρύτερος	ευρύτατος *latus.*

Observatio. Positiva in ος, quæ habent pænultimam brevem, mutant in Comparativo et Superlativo ο in ω: ut φρόνιμος, φρονιμώτερος, φρονιμώτατος, prudens: σοφὸς, σοφώτερος, σοφώτατος. Excipe tamen κενὸς, κενότερος, κενότατος, vacuus: στενὸς, στενότερος, στενότατος, angustus. Sed reperiuntur etiam κενώτερος, et στενώτερος: ισότερος, et ισώτερος.

Irregularia Comparativa sunt sequentia.

	Compar.		Superlat.
ἀγαθὸς bonus,	ἀμείνων ἀρείων κρείττων λῴων et λωΐων βελτίων et βέλτερος	melior	ἄριστος κράτιστος optimus λῷστος et λώϊστος βέλτιστος
κακὸς malus,	κακώτερος κακίων χείρων χερείων poet.	pejor	κάκιστος χείριστος pessimus
μέγας magnus,	μείζων μάσσων	major	μέγιστος maximus
μικρὸς parvus,	μικρότερος μείων ἥττων, ἥσσων ἐλάττων, ἐλάσσων	minor	μικρότατος ἥκιστος minimus ἐλάχιστος

καλὸς	καλλίων	κάλλιστος	pulcher.
αἰσχρὸς	αἰσχίων	αἴσχιστος	turpis.
ἐχθρὸς	ἐχθίων	ἔχθιστος	inimicus.
οἰκτρὸς	οἰκτίων	οἴκτιστος	miserabilis.
ῥᾴδιος	ῥᾴων	ῥᾷστος	facilis.
πολὺς	πλείων	πλεῖστος	multus.

Quædam in ος abjiciunt ο, vel α, in comparativo et superlativo:

φίλος φίλτερος { φίλιστος / φίλτατος } amicus

γεραιὸς γεραίτερος γεραίτατος senex.

Ita παλαιὸς, *antiquus*, σχολαῖος *otiosus*, θερεῖος, *æstivus*; παλαίτερος, παλαίτατος: σχολαίτερος, σχολαίτατος: θερείτερος, θερείτατος, etc.

Attici formant multa a positivis in ος per { έστερος, έστατος. / αίτερος, αίτατος. / ίστερος, ίστατος. }

ἄκρατος, ἀκρατέστερος, ἀκρατέστατος, incontinens.
ἥσυχος, ἡσυχαίστερος, ἡσυχαίστατος, quietus.
ὀλίγος, ὀλιγίστερος, ὀλιγίστατος et ὀλίγιστος, parvus.

Sunt bujusmodi αἰδοῖος, αἰδοιέστερος, αἰδοιέστατος, *venerabilis*: ἄμορφος, ἀμορφέστερος, ἀμορφέστατος, *deformis*: ἄσμενος, ἀσμενέστερος, ἀσμενέστατος, *lubens*: σπουδαῖος, σπουδαιέστερος, σπουδαιέστατος, *studiosus*: ἴδιος, ἰδιαίτε-

ρος, ἰδιαίτατος, *peculiaris*: μέσος, μεσαίτερος, μεσαίτατος, *medius*: ἴσος, ἰσαίτερος, ἰσαίτατος, *æqualis*: πλήσιος, πλησιαίτερος, πλησιαίτατος, *vicinus*: λάλος, λαλίστερος, λαλίστατος, *loquax*: λάγνος, λαγνίστερος, λαγνίστατος, *salax*.

Eamdem formam sequuntur orta a positivis aliarum terminationum.

Nam ab αλαζὼν, *ostentator, fit* αλαζονίστατος: ἅρπαξ, *rapax*, ἁρπαγίστατος: βλὰξ, *mollis*, βλακίστατος: κλέπτης, *fur, seu callidus*, κλεπτίστατος: πλήκτης, *percussor*, πληκτίστατος: πότης, *bibulus*, ποτίστατος: ψευδὴς *mendax*, ψευδίστατος *Quædam item in* οῦς, *sunt in* ότερος, *vel* ώτερος; *ut* διπλοῦς, *duplex*, διπλότερος: πορφυροῦς, *purpureus*, πορφυρώτερος. *Aliqua in* ὴν *formant in* εινότερος, *ut* τέρην, *tener*, τερεινότερος.

Plurima in υς habent comparativum in ίων, superlativum in ιστος: ut βραδὺς, tardus, βραδίων βράδιστος: βαθὺς, profundus, βαθίων, βάθιστος: ita γλυκὺς, dulcis: παχὺς, crassus: ωκὺς, velox εὐρὺς, latus: ταχὺς, celer, quod et ταχίων, et θάσσων.

Comparativa in ων præsertim irregularia, inflectuntur ad normam tertiæ Simplicium: ut ὁ et ἡ πλείων, τὸ πλεῖον, amplior et amplius; τοῦ, τῆς, τοῦ πλείονος etc.

Comparatio est etiam ex aliis dictionibus, quæ per comparationem migrant in adjectiva.

Ex Substantivo. Κέρδος, lucrum, fit κερδίων lucrosior, κέρδιστος, lucrosissimus: ὕψος, altitudo, ὑψίτερος, altior, ὕψιστος, altissimus: κῦδος, gloria. κυδίων et κυδότερος, gloriosior, κύδιστος, gloriosissimus: θεὸς, Deus, θεώτερος, divinior: βασιλεὺς, rex, βασιλεύτερος, βασιλεύτατος, regno potentior, et potentissimus; et alia plurima.

Ex Pronomine. Αὐτὸς, ipse. αὐτότατος, ipsissimus.

Ex Verbis. Βάλλω, mitto, βέλτερος et βελτίων, melior, βέλτιστος, optimus: φέρω fero. φέρτερος, præstantior, φέρτατος, φέρτιστος et φέριστος. præstantissimus: δεύω, relinquo, δεύτερος. posterior. δεύτατος, postremus.

Ex Participio. Ἐρρωμένος, validus, ἐρρωμενέστερος, ἐρρωμενέστατος, validior, validissimus.

Ex Adverbiis. Ἄνω, supra, ανώτερος, ανώτατος superior, supremus: κάτω, infra, κατώτερος, κατώτατος, inferior, infimus: μάλα, valde, μᾶλλον, μάλιστα, ma-

gis, maxime: πόῤῥω, longe, ποῤῥώτερος, ποῤῥώτατος, longior, longissimus: πέρα, ultra, περαίτερος, περαίτατος, ulterior, ultimus: ἐγγὺς, prope, ἐγγύτερος, ἐγγύτατος, vel ἐγγίων, ἔγγιστος propior, proximus: ἔξω, extra, ἐξώτερος, ἐξώτατος, exterior, extimus.

Ex Praepositionibus. Ὑπὲρ, supra, ὑπέρτερος, ὑπέρτατος, superior, supremus: πρὸ, ante, πρότερος, prior, πρότατος, et eliso τ, factaque crasi, πρόατος, πρῶτος, primus.

De Patronymicis.

Patronymicum est, quod vel a patre, vel ab alia quapiam suae familiae persona derivatur: ut Κρόνος, Saturnus, Κρονίδης, Saturnius, idest Saturni filius: Αἰακὸς, Æacus, Αἰακίδης, Æacides, idest Æaci nepos.

Masculina desinunt in δης, et formantur a Genitivo in ου aut in ος.

Si Genitivus in ου est a nomine in ος impurum, patronymicum est in ιδης, ut ὁ Κρόνος, Κρόνου Saturnus, ὁ Κρονίδης Saturnius. Si a nomine in ος purum, aut in ας, vel ης, patronymicum est in αδης, ut ὁ Ἥλιος, Ἡλίου Sol, ὁ Ἡλιάδης, Solis filius: ὁ Αἰνείας, Αἰνείου Aeneas, ὁ Αἰνειάδης, Aeneades; ὁ Λαέρτης, Λαέρτου Laertes, ὁ Λαερτιάδης Laertiades.

Si Genitivus est in ος, patronymicum est in ιδης; ut ἡ Λητὼ, Λητόος Latona, ὁ Λατοΐδης Latonius: ὁ Ἀμφιτρύων, Ἀμφιτρύωνος, Amphitryon, ὁ Ἀμφιτρυωνίδης, et inserto α Ἀμφιτρυωνιάδης, Amphitryoniades.

Nomina vero in ευς habent Ionice Genitivum in ηος; a quo itidem formatur patronymicum: ut τοῦ Πηλῆος, ὁ Πηλήϊδης, et epenthesi vocalis α, poetis in patronymicis familiaris, ὁ Πηληϊάδης, τοῦ Πηληϊάδου, et Ionice Πηληϊάδεω apud Homerum primo versu Iliados; apud quem etiam a Πηλεὺς aliud est patronymicum Πηλείων, ωνος.

Feminina sunt in ας, ις, ινη, ωνη.

Si Nominativus patronymici masculini est in αδης et ιδης, tollitur δη: ut ὁ Ἡλιάδης Solis filius, ἡ Ἡλιὰς Solis filia: ὁ Πριαμίδης Priami filius, ἡ Πριαμὶς Priami filia.

Si Nominativus primitivi fuerit in ος impurum, patronymicum femininum erit in ινη; ut ὁ Ἄδραστος A-

drastus, ἡ Ἀδραστίνη Adrasti filia: si fuerit in ος purum, erit in ωνη: ut ὁ Ἰκάριος Icarius, ἡ Ἰκαριώνη Icarii filia.

De Gentilibus.

Gentilia sunt, quæ patriam, aut gentem significant, aut a patria vel a gente denominationem habent, desinuntque

Masculina in
- αιος, ut Ῥωμαῖος Romanus.
- ιος, — Βυζάντιος Byzantius.
- λος, — Ἰταλὸς Italus.
- νος, — Λατῖνος Latinus, Γερμανὸς Germanus.
- κος, — Ἀχαϊκὸς Achaicus.
- ευς, — Κολασσεὺς Colassensis.
- της, — Σπαρτιάτης Spartiata.
- σης, — Πέρσης Persa.
- υς, — Λίβυς Libys.
- ων, — Λάκων Laco.
- ξ, — Θρᾶξ Thrax.
- ας, — Ἀρκὰς Arcas.
- ος, — Σουηβὸς Suevus.

De Diminutivis.

Diminutiva ducuntur et a propriis, et ab appellativis: varias habent terminationes: usitatiores, quæ sequuntur:

Masculina in
- ων: μωρὸς, stultus, μωρίων, stultulus.
- αξ: Ῥόδιος, Rhodius, Ῥόδαξ, Rhodiolus.
- ᾶς: Ζηνόδωρος, Zenodorus, Ζηνᾶς, Zenodorulus.
- σκος: ἄνθρωπος, homo, ανθρωπίσκος, homunculus.
- λος: ναύτης, nauta, ναυτίλος, nautilus.
- ῦς: Διόνυσος, Bacchus, Διονῦς, Bacchulus.

Feminina in
- ων, Ὑψιπύλη, Hypsipyla, Ὑψὼν, Hypsipylula.
- ις: κρήνη, fons, κρηνὶς, ιδος, fonticulus.
- νη: πόλις, urbs, πολίχνη, urbecula.
- σκη: ἡ παῖς, puella, παιδίσκη, puellula.

Neutra in
- ιον; γνώμη, sententia, γνωμίδιον, sententiola.
- αιον: γυνὴ, mulier, γύναιον, muliercula.
- εῖον: ἄγγος, dolium, αγγεῖον, doliolum.

De Amplificativis.

Amplificativa sunt, quæ augendæ significationis causa, aut contemptus ergo sunt inventa, et desinunt in { ων, ut ὁ χειλῶν, labeo, a τὸ χεῖλος labium.
αξ, — ὁ πλούταξ, valde dives, ab ὁ πλοῦτος divitiæ. }

De Denominativis.

Denominativa hic recenseri solent, quæ a nomine derivantur: ut a φίλος, amicus, ὁ Φίλων, Philo; ἡ φιλότης, φιλία, φιλοσύνη, amicitia; τὸ φίλιον, amicum; quo quidem nomine appellari possent reliquæ etiam species jam dictæ.

De Possessivis.

Possessiva sunt, quæ possessionem vel proprietatem significant, et sunt omnia adjectiva: ducuntur autem tum a propriis, tum ab appellativis.

Desinunt in { κός: Πλάτων, Plato, Πλατωνικός, Platonicus.
ειος: Ἕκτωρ, Hector, Ἑκτόρεος, Hectoreus.
ινος: ἄνθρωπος, homo, ἀνθρώπινος, humanus.
ιος: οὐρανός, cælum, οὐράνιος, cælestis.
ειος: Ἀχιλλεύς, Achilles, Ἀχίλλειος, Achilleus.
οῖος: πᾶς, omnis, παντοῖος, omnigena.
ῷος: πατήρ, pater, πατρῷος, patrius. }

His addunt aliqua in ώδης, et εις exeuntia: quæ interdum materiam, interdum similitudinem, seu affectionem, interdum copiam significant: ut λίθος, lapis; λιθώδης, lapidosus: χάρις, gratia; χαρίεις, gratiosus: ἄμαθος, arena; ἀμαθώδης et ἀμαθόεις, arenosus.

De Verbalibus.

Verbalia sic appellata, quod a verbis formentur: fere deducuntur a præterito, quod vulgo dicitur medium, et a passivo, dempta reduplicatione, vel augmento, et addita propria terminatione: ut a τέτομα, τόμος, sectio: a πέπραγμαι, πρᾶγμα, res: ab ἔψαλμαι, ψαλμός, psalmus.

Temporum personæ, unde verbalia, et horum pleræque terminationes.

A præterito quod vulgo medium dicitur	ος	λόγος, sermo.
	η	ἐπιστολή, epistola.
	ιον	λόγιον, oraculum.
	ευς	τομεύς, sector.

A prima persona præteriti passivi in	μα	γράμμα, littera.
	μος	δεσμὸς, vinculum.
	μη	γραμμὴ, linea.
	μων	νοήμων, intelligens.
A secunda persona præteriti in	σις	ποίησις, poesis.
	σια	δοκιμασία, probatio.
A tertia persona præteriti passivi in	της	ποιητὴς, poeta.
	τος	ἀκουστὸς, audibilis.
	τηρ	χαρακτὴρ, character.
	τωρ	κοσμήτωρ, princeps.
	κος	κριτικὸς, judicialis.
	τις	πίστις, fides.
	τυς	ὀρχηστὺς, saltatio.
	τρια	ὀρχήστρια, saltatrix.
	τρα	ὀρχήστρα, illa theatri pars, in qua chorus saltabat.
	τηριον	ποτήριον, poculum.
	τρον	δίδακτρον, minerval.
		Verbalia positionis in έος, έα, έον, ut γραπτέος, γραπτέα, γραπτέον.

Paucula quædam descendunt ab ipso themate, ut λευκὸς, candidus, a λεύσσω, video, et ab imperfecto veteris formæ, ut φυγὴ, fuga, ab ἔφυγον.

Ea, quorum character est λ, μ, ν, ρ, habent verbale in μα a forma Attica, ut φάσμα, non φάμμα, a πέφασμαι forma Attica. Ea quæ ε præsentis, vel futuri mutarunt in α, repetunt denuo ε: ut σπέρμα ab ἔσπαρμαι.

De Heteroclitis.

Heteroclita sunt, quæ a communi declinandi ratione deflectunt.

Heteroclita genere. In singulari numero generis sunt masculini, in plurali neutrius: ὁ ἐρετμὸς, remus, τὰ ἐρετμά: ὁ ζυγὸς, jugum, τὰ ζυγά: ὁ τάρταρος, tartarus, τὰ τάρταρα: ὁ χέδροψ, legumen, τὰ χέδροπα.

In singulari numero generis sunt masculini, in plurali masculini et neutrius: ὁ δεσμὸς, vinculum, οἱ δεσμοὶ et τὰ δεσμά: ὁ κύκλος, circulus, οἱ κύκλοι et τὰ κύκλα: ὁ δίφρος, currus, οἱ δίφροι et τὰ δίφρα. Sic ὁ λύχνος, lucerna: ὁ μοχλὸς, vectis: ὁ μηρὸς femur: ὁ

νῶτος, dorsum: ὁ πυρσὸς, fax: ὁ σταθμὸς, statio: ὁ ταρσὸς, planta pedis: ὁ τράχηλος, collum: ὁ χαλινὸς, frenum:

In singulari numero generis sunt feminini, in duali vero masculini: ἡ γυνὴ, mulier, τὼ γυναῖκε: ἡ πόλις, civitas, τὼ πόλεε: ἡ χεὶρ, manus, τὼ χεῖρε: ἡ ὁδὸς, via, τὼ ὁδὼ, cum compositis. Attice feminina omnia sic inflectuntur, ἡ τέχνη, ars, τὼ τέχνα, ἡ ἡμέρα, dies, τὼ ἡμέρα.

In singulari numero generis sunt feminini, in plurali feminini et neutrius: ἡ κέλευθος, via; αἱ κέλευθοι et τὰ κέλευθα.

In singulari neutrius, in plurali masculini et neutrius, τὸ στάδιον, stadium; οἱ στάδιοι et τὰ στάδια.

Variatur genus etiam in eodem numero, atque adeo in eodem casu; sed vel propter significationem: ut ὁ ἵππος, equus, ἡ ἵππος, equa, et equitatus: ὁ λίθος, lapis, ἡ λίθος, lapillus, seu lapis pretiosus: vel propter dialectum: ut communiter masculina, ὁ ἄσβολος, fuligo, ὁ βῶλος, gleba, ὁ θόλος, testudo templi, Attice feminina sunt, ἡ ἄσβολος, ἡ βῶλος, ἡ θόλος. Sic ὁ κίων communiter, sed Ionice ἡ κίων, columna.

Heteroclita numero. Duali et plurali carent nomina propria; itemque ut plurimum ὁ ἀὴρ, aer; ἡ ἅλς, mare; ἡ γῆ, terra; τὸ πῦρ, ignis: τὸ ἔλαιον, oleum.

Singulari et duali carent festa; ut τὰ Κρόνια, Saturnalia, τὰ Διονύσια, Bacchanalia, τὰ Ολύμπια, Olympia: nomina quædam urbium: ut Αθῆναι, Athenæ; Θῆβαι, Thebæ; Μέγαρα, Megarä: ita, ἄλφιτα, necessaria ad victum, ἐπιτίμια, præmia; ὀνείρατα, somnia, cum pluribus aliis.

Heteroclita casibus. Ex his quædam sunt deficientia. Nullus casus habent nomina litterarum; ut ἄλφα, βῆτα: omnes numeri a quatuor usque ad centum, ut πέντε, quinque, ἕξ, sex: quæ apocopen patiuntur; ut δῶ pro δῶμα, domus; τρόφι pro τρόφιμον, nutrimentum: aucta poetice per paragogen, ut τοῖς δακρυόφι, lacrymis, ποντόφιν, e ponto. Similiter βρέτας, statua; δέμας, corpus; σέβας, veneratio; ὄναρ, somnium, ὄφελος, utilitas; σέλας, lumen; νῶκαρ, torpor; δῶς, donum; χρεὼν, fatum, cum aliis. Item pleraque nomina peregrina, ut Δαβὶδ, David, Δανιὴλ, Daniel.

Unius tantum casus est ὦ ̓τᾶν, o amice, et o amici.

Duorum casuum ἄμφω, ambo, ambæ, ἀμφοῖν; οἱ φθόϊες, φθοῖς, placentæ, τοὺς φθόϊας, φθοῖς, placentas: ἄττα pro ἄτινα, quædam, nom. et acc. plur.

Trium casuum ἀλλήλων, ἀλλήλων, ἀλλήλων: ἀλλήλοις, ἀλλήλαις, ἀλλήλοις; ἀλλήλους, ἀλλήλας, ἄλληλα, mutuo, invicem: τοῦ ἀρνός, agni, τὸν ἄρνα, οἱ ἄρνες. His adde sanctum nomen Ἰησοῦς, Iesus, Ἰησοῦ, Ἰησοῦ, Ἰησοῦν, Ἰησοῦ. Sic diminutiva circumflexa in ῦς, ut ὁ Διονῦς, Bacchulus, τοῦ ῦ, τῷ ῦ, τὸν ῦν. Vocativo carent Indefinita et Interrogativa.

Alia redundantia. Ὁ Ζεὺς Jupiter: ὁ Ζὴν, Ζὰν, Δὴν, Δας, Ζεῖς, Ζας, Δεὺς, Βδεὺς, Δὶς, Gen. τοῦ Ζηνὸς, Διὸς, Dat. τῷ Ζηνὶ, Διὶ, Acc. τὸν Ζῆνα, Δία, Voc. ὦ Ζεῦ. Communis inflexio: ὁ Ζεὺς, Gen. τοῦ Διὸς, Dat. τῷ Διὶ, Acc. τὸν Δία, Voc. ὦ Ζεῦ.

Plurima redundant, quia simul redundant vel terminatione, ut ἡ ἀκτὶς, et ἀκτὶν, radius: vel genere, ut ὁ δεῖπνος, et τὸ δεῖπνον cœna: vel declinatione, ut ὁ υἱὸς, τοῦ υἱοῦ, et ὁ υἱεὺς, τοῦ υἱέως, seu ὁ υἵϊς, υἵιος, υἱεῖ, filius.

Sic τὸ κάρα, τοῦ κάρατος, et τὸ κάρηνον, τοῦ καρήνου, et κὰρ indeclinabile, et τὸ κρᾶς, τοῦ κρατὸς, et τὸ κράας, τοῦ κράατος, caput: ὁ μάκαρ, sive μάκαρς, τοῦ μάκαρος, et ὁ μακάριος, τοῦ μακαρίου, beatus: ὁ δένδρος, et τὸ δένδρον, arbor: ὁ μάρτυς, et μάρτυρ, τοῦ μάρτυρος; et ὁ μάρτυρος, τοῦ μαρτύρου, testis: ὁ ἔλεος, et τὸ ἔλεος, misericordia: ὁ σκότος, et τὸ σκότος, tenebræ.

Eadem ratione: ὁ Δάρης, τοῦ Δάρου, Δάρεως, Δάρητος, Dares: τὸ δόρυ, τοῦ δόρυος, per metathesin δουρὸς: et τὸ δόρας, τοῦ δόρατος; et τὸ δόρυς, τοῦ δόρεος, δόρους, et τὸ δοῦρας, ατος, hasta: ὁ λᾶας, lapis, τοῦ λᾶαος, et per crasin λᾶος; et ὁ λαὸς, τοῦ λάου, et ὁ λάας, τοῦ λάα, τῷ λάα, τὸν λάαν (Homerus tamen Iliad. α. λᾶαν cum circumflexo, quia ultimam ibi corripit licentia poetica) et τὸ λᾶας, τοῦ λάατος; et ὁ λαῖς, τοῦ λᾶιος, et ὁ λᾶς, τοῦ λαὸς, lapis: ὁ Μίνως, τοῦ Μίνωος, et Μίνω, Minos: ὁ γέλως, τοῦ γέλωτος, et γέλω, risus. Hujusmodi sunt ὁ Θαλῆς, οῦ, vel Θάλης, ητος, Thales: ὁ Λάχης, Λάχου, vel Λάχης, ητος, Laches: ὁ Μωσῆς, τοῦ Μωσοῦ, vel ὁ Μωϋσῆς, τοῦ Μωϋσοῦ, vel ὁ Μωσεὺς, τοῦ Μωσέως, vel ὁ

Μωϋσεὺς, τοῦ Μωϋσέως, *Moyses*: ὁ Οἰδίπους, τοῦ Οἰδίποδος, *vel* Οἰδιπόδης, τοῦ Οἰδιπόδου, *Œdipus*.

Heteroclita declinatione. Quædam neutra in αρ genitivum habent in ατος, ab inusitatis nominibus in ας: ut τὸ ἧπαρ, τοῦ ἥπατος, hepar, ab ἧπας: sic ἦμαρ, dies; εἶδαρ, esca; φρέαρ, puteus; στέαρ, adeps; δέλεαρ, illecebra: ὄνειαρ, utilitas; οὖδαρ, mamma; κτέαρ, possessio. His addi possunt τὸ ὕδωρ, τοῦ ὕδατος, aqua; τὸ οὖς, τοῦ ωτὸς, auris; τὸ σκῶρ, τοῦ σκατὸς, stercus, τὸ ὄναρ, τοῦ ονείατος, somnium, et alia.

Quandoque nomina ejusdem rei sumunt casus a diversis: ut ἡ γύναιξ, inusitatum, pro quo ἡ γυνὴ, mulier, τῆς γυναικὸς, τῇ γυναικὶ, τὴν γυναῖκα, ὦ γύναι, sine ξ: interdum ὦ ἄνα ab ἄναξ, rex: tria ἄναξ, νὸξ, γάλαξ, genitivum faciunt in κτος, pleonasmo litteræ τ, unde ἄνακτος, νυκτὸς, γάλακτος pro ἄνακος, νυκὸς, γάλακος, a nominativis ὁ ἄναξ, rex, ἡ νὺξ, nox, τὸ γάλαξ pro quo γάλα, lac.

Heteroclita syncope. Quinque nomina in ηρ patiuntur syncopen: ἀνὴρ, vir, τοῦ ανέρος, et, deinceps post syncopen interposito δ, ανδρὸς, ὦ ἄνερ. Quatuor non habent syncopen, nisi in genitivo, et dativo sing. τέρος, τρὸς; τέρι, τρὶ: πατὴρ, pater, ἡ γαστὴρ, venter, ἡ μήτηρ, mater, ἡ θυγάτηρ, filia. Hæc omnia formant dativum pluralem in ασι: quidam tamen volunt γαστῆρσι, non γαστράσι.

Patiuntur syncopen ὁ et ἡ κύων, *canis*, κυνὸς, κυνὶ, κύνα, *pro* κύονος, κύονι, κύονα: *sic* ὁ et ἡ ἀρὴν, *agnus*, ἀρνὸς, ἀρνὶ, ἄρνα, *pro* ἀρένος, etc.

Heteroclita contractione. Terminationes plures habet tertia declinatio per crasin factas.

εεις οῦς	ὁ Σιμόεις Σιμοῦς, Simois, τοῦ Σιμόεντος Σιμοῦντος: ὁ πλακόεις πλακοῦς, placenta, τοῦ πλακόεντος πλακοῦντος.
ηεις ῆς	ὁ τιμήεις τιμῆς, honoratus, τοῦ τιμήεντος τιμῆντος.
αεις ᾶς	ὁ ἀλλάεις, ἀλλᾶς, botellus, τοῦ ἀλλάεντος ἀλλᾶντος.
αις αῖς	ὁ et ἡ πάϊς, παῖς, puer, vel puella, τοῦ et τῆς πάϊδος παιδὸς.
αις ᾷς	ἡ δαὶς δᾷς fax, τῆς δάϊδος δᾳδὸς.

έαρ ῆρ { τὸ κέαρ κῆρ, cor, τοῦ κέαρος κῆρος: τὸ στέαρ στῆρ, adeps, τοῦ στέαρος στῆρος.

εὼν ὼν ὁ κενεὼν κενὼν, venter, τοῦ κενεῶνος κενῶνος.

έας ᾶς τὸ κρέας κρᾶς, caput, τοῦ κράατος, κρατὸς.

Substantiva in υς υος contrahuntur in Nominativo, Accusativo et Vocativo plur. ut ὁ βότρυς, τοῦ βότρυος, racemus, οἱ βότρυες βότρυς, τοὺς βότρυας βότρυς, ὦ βότρυες βότρυς; ὁ ἰχθὺς, τοῦ ἰχθύος, piscis, οἱ ἰχθύες ἰχθῦς, τοὺς ἰχθύας ἰχθῦς, ὦ ἰχθύες ἰχθῦς: ex hujusmodi nominibus oritur quarta declinatio nominum apud Latinos.

Imparisyllaba in ους similiter contrahuntur in tribus illis casibus plur. ut ὁ βοῦς, τοῦ βοὸς, bos, οἱ βόες βοῦς, τοὺς βόας βοῦς, Dorice βῶς, ὦ βόες βοῦς.

Item ναῦς, navis, αἱ et τὰς, et ὦ ναῦς. Sic γραῦς, anus, vetula.

Nomina in υς εος, et in υ, εος crasin patiuntur in Dativo singulari, Nominativo, Accusativo et Vocativo plurali: ut ὁ ἡδὺς, τοῦ ἡδέος, suavis, τῷ ἡδέϊ ἡδεῖ, οἱ et αἱ ἡδέες ἡδεῖς, τοὺς et τὰς ἡδέας ἡδεῖς, ὦ ἡδέες ἡδεῖς. Ita etiam ὁ πέλεκυς, εος securis, τὸ ἡδὺ, εος suave, τὸ ἄστυ, εος urbs.

Comparativa in ων contrahuntur in Accusativo singulari communis generis, elisa Ionice littera ν, ac deinde Attice facta crasi ex ο, et sequenti vocali; ut ὁ et ἡ μείζων, major: τὸν et τὴν μείζονα, μείζοα, μείζω: tum in tribus casibus pluralibus, Nom. Acc. Voc. omnis generis: οἱ, αἱ, et ὦ μείζονες, μείζοες, μείζους, τοὺς et τὰς μείζονας, μείζοας, μείζους; τὰ et ὦ μείζονα, μείζοα, μείζω.

In casibus aliquibus contrahuntur etiam hæc: ἡ ἔρις, *lis*, αἱ ἔριδες, τὰς ἔριδας, ἔρεις: ἡ κάλπις, *urna*, αἱ κάλπιδες, τὰς κάλπιδας, κάλπεις: ὁ et ἡ ὄρνις, *avis*, οἱ et αἱ ὄρνιθες, τοὺς et τὰς ὄρνιθας, ὄρνεις: ἡ κλεῖς, *clavis*, τῆς κλειδὸς, τῇ κλειδὶ, τὴν κλεῖδα et κλεῖν, *et in plur.* αἱ κλεῖδες, τὰς κλεῖδας, κλεῖς: ὁ σάος, *salvus*, σῶς *Attice*, τὸν σάον σῶν, τοὺς σάους σῶς, τὰ σάα σᾶ.

De Pronomine.

Pronomen vel est primitivum, vel possessivum, vel demonstrativum, vel relativum, vel indefinitum:

Pronomen primitivum.

Persona		1.		2.		3.	
S.	N.	ἐγὼ	ego	σὺ	tu		
	G.	ἐμοῦ-μοῦ		σοῦ		οὗ	sui
	D.	ἐμοὶ-μοὶ		σοὶ		οἷ	
	A.	ἐμὲ-μὲ		σὲ		ἓ	
D.	N. A.	νῶϊ-νῶ		σφῶϊ-σφῶ		σφωὲ-σφὲ	
	G. D.	νῶϊν-νῷν		σφῶϊν-σφῷν		σφωὶν-σφὶν	
P.	N.	ἡμεῖς		ὑμεῖς		σφεῖς	
	G.	ἡμῶν		ὑμῶν		σφῶν	
	D.	ἡμῖν		ὑμῖν		σφίσι	
	A.	ἡμᾶς		ὑμᾶς		σφᾶς	

Omnes casus pronominis tertiæ personæ adhiberi solent a Græcis loco casuum pronominis αὐτὸς, ipse.

Pronomen possessivum octuplex.

Ex	ἐμοῦ	ἐμὸς ἐμὴ ἐμὸν,	meus, mea, meum.		
	σοῦ	σὸς σὴ σὸν	tuus, tua, tuum.		
	οὗ	ὃς ἣ ὃν	suus, sua, suum.		
	νῶϊ	νωΐτερος νωϊτέρα νωΐτερον,	noster, a, um.		
	σφῶϊ	σφωΐτερος σφωϊτέρα σφωΐτερον,	vester, a, um.		
	ἡμεῖς	ἡμέτερος ἡμετέρα ἡμέτερον,	noster, a, um.		
	ὑμεῖς	ὑμέτερος ὑμετέρα ὑμέτερον,	vester, a, um.		
	σφεῖς	σφέτερος σφετέρα σφέτερον,	suus, a, um.		

Ex his postremis pluralibus derivantur duo pronomina ἡμεδαπὸς, ἡ, ὸν nostras, atis, et ὑμεδαπὸς, ἡ, ὸν, vestras, atis. Tertium pronomen primitivum non habet duale possessivum.

Pronomen demonstrativum est duplex.

S.	N.	οὗτος	αὕτη	τοῦτο
	G.	τούτου	ταύτης	τούτου
	D.	τούτῳ	ταύτῃ	τούτῳ
	A.	τοῦτον	ταύτην	τοῦτο
	V.	οὗτος	αὕτη	τοῦτο
D.	N. A. V.	τούτω	ταύτα	τούτω
	G. D.	τούτων	ταύταιν	τούτοιν

hic, hæc, hoc.

Hoc pronomen assumit spiritum asperum, vel litteram τ, quoties illum vel hanc habet articulus. Assumit in pænultima αυ pro ου, quoties in ultima est littera α vel η.

P.	N.	οὗτοι	αὗται	ταῦτα
	G.	τούτων	τούτων	τούτων
	D.	τούτοις	ταύταις	τούτοις
	A.	τούτους	ταύτας	ταῦτα
	V.	οὗτοι	αὗται	ταῦτα
S.	N.	ἐκεῖνος	ἐκείνη	ἐκεῖνο
	G.	ἐκείνου	ἐκείνης	ἐκείνου
	D.	ἐκείνῳ	ἐκείνῃ	ἐκείνῳ
	A.	ἐκεῖνον	ἐκείνην	ἐκεῖνο
D.	N. A.	ἐκείνω	ἐκείνα	ἐκείνω
	G. D.	ἐκείνοιν	ἐκείναιν	ἐκείνοιν
P.	N.	ἐκεῖνοι	ἐκεῖναι	ἐκεῖνα
	G.	ἐκείνων	ἐκείνων	ἐκείνων
	D.	ἐκείνοις	ἐκείναις	ἐκείνοις
	A.	ἐκείνους	ἐκείνας	ἐκεῖνα

ille, illa, illud.

Attici emphaseos causa, ut res quasi præsens indicetur, addunt denominativis jota acutum, nempe vetus pronomen ἲ ipse, ut οὑτοσὶ hic ipse, αὑτηὶ hæc ipsa, τουτοί hoc ipsum, æque ac in Genit. τουτουΐ, ταυτησὶ, τουτουΐ: ἐκεινοσὶ, ἐκεινηὶ, ἐκεινοὶ etc. ille ipse, illa ipsa, illud ipsum. In neutro autem singul. sæpius contracte τουτὶ pro τουτοί, in plurali vero pro ταυταὶ dicunt ταυτὶ.

Pronomen relativum.

Duplex est ὅς, ἥ, ὅ qui, quæ, quod, et αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸ ipse, ipsa, ipsum. Prius vocatur etiam articulus subjunctivus, et legitur initio statim hujus Grammaticæ pag. 8., posterius hic exhibemus.

S.	N.	αὐτὸς	ἣ	ὃ
	G.	αὐτοῦ	ἧς	οὗ
	D.	αὐτῷ	ᾗ	ᾧ
	A.	αὐτὸν	ἣν	ὃ
D.	N. A.	ὢ	ἂ	ὢ
	G. D.	οἷν	αἷν	οἷν
P.	N.	οἳ	αἳ	ἃ
	G.	ὧν	ὧν	ὧν
	D.	οἷς	αἷς	οἷς
	A.	οὓς	ἃς	ἃ

Sunt alia composita ex Accusativo singulari primitivorum, et ex Genitivo αὐτοῦ, ut ἐμαυτοῦ mei ipsius, σεαυτοῦ tui ipsius; ἑαυτοῦ sui ipsius. Carent omnia Nominativo singulari, et duo priora etiam numero duali et plurali: declinanturque hoc pacto.

Gen. ἐμαυτοῦ ἐμαυτῆς ἐμαυτοῦ etc.

Gen. σεαυτοῦ σεαυτῆς σεαυτοῦ et per crasin etiam σαυτοῦ σαυτῆς, σαυτοῦ etc.

Gen. ἑαυτοῦ ἑαυτῆς ἑαυτοῦ etc.

Hoc postremum declinatur pluraliter et conjunctim et separatim ἑαυτῶν, et σφῶν αὐτῶν; ἑαυτοῖς, et σφίσιν αὐτοῖς etc. Imo plurale ipsius in omnes quoque personas quadrat: ἑαυτῶν, nostrum, vestrum, suiipsorum; ἑαυτοὺς nos, vos, seipsos. Sic et interdum singulariter ἑαυτοῦ tuipsius, ἑαυτὸν teipsum. Quum reperiuntur aspirata αὑτοῦ, αὑτῷ, αὑτὸν et similia, crasis est pro ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτὸν.

Pronomen Indefinitum.

ὁ, ἡ, τὸ δεῖνα, quidam, quædam, quoddam; quo utuntur Græci, quum certum hominem significare volunt, neque tamen nominant: Itali dicunt: *un certo tale*. Declinatur autem sic

ὁ, ἡ, τὸ	δεῖνα	τοῦ, τῆς, τοῦ	δείνατος	τῷ, τῇ, τῷ	δείνατι	τὸν, τὴν, τὸ	δεῖνα

Declinatur etiam ὁ δεῖνα, τοῦ δεῖνα, et apud Poetas ὁ δεὶς, τοῦ δεῖνος, τῷ δεῖνι, τὸν δεῖνα.

DE VERBO

Affectiones propriæ Verbi.

Conjugationes octo	unica Barytonorum in ω. tres Circumflexorum in ῶ. quatuor Verborum in μι.
Voces, sive Formæ inflectendi	Activa in ω, ῶ, μι. Passiva in μαι.
Modi quinque	Indicativus. Imperativus. Optativus. Subjunctivus. Infinitivus.
Tempora sex	Præsens. Præteritum imperfectum. Præteritum perfectum. Præteritum plusquam-perfectum. Aoristus. Futurum.
Numeri tres	Singularis. Dualis. Pluralis.

Personæ tres { Prima. Secunda. Tertia.

Affectiones aliæ.

Qualitas, qua Verbum est { *Personale; ut* γράφω, *scribo.* *Impersonale; ut* δεῖ, *oportet.*

Genera quinque { *Activum; ut* πέμπω, *mitto.* *Passivum; ut* πέμπομαι, *mittor.* *Neutrum; ut* ὑγιαίνω, *valeo.* *Commune, sive Medium; ut* βιάζομαι, *cogo et cogor.* *Deponens, sive Submedium; ut* μάχομαι, *pugno.*

Species duæ - { *Primitiva; ut* γαμέω, *uxorem duco.* *Derivativa; ut* γαμησείω, *nuptias cupio.*

Figuræ tres - { *Simplex; ut* ἄγω, *duco.* *Composita; ut* περιάγω, *circumduco.* *Decomposita; ut* συμπεριάγω, *una circumduco.*

Cur unicam tantum admiserimus verborum Barytonorum conjugationem, licet plerique Grammatici sex ponant; cur duas tantum voces seu formas, Activam nempe, et Passivam, licet illi etiam Mediam recenseant; cur denique sex tantum tempora, licet iidem novem numerent; breviter ostendemus suis locis, fusius vero in Præfatione, quam legesis.

Generatim et universe duæ tantum sunt verborum conjugationes; prior continet verba desinentia in ω, a pronomine ἐγὼ, altera in μι ab obsoleto pronomine ἐμὶ.

Porro verba, quæ desinunt in ω, vel simpliciter, vel contracte conjugantur. Si simpliciter, verba sunt Barytona, quæ ita vocantur, quia habent gravem tonum in ultima, qui non appingitur, sed intelligitur, et acutum in penultima: ea vero ante ω habent consonantem simplicem, vel duplicatam, vel duplicem, vel vocalem, vel diphthongum, ut λέγω dico, τύπτω verbero, παίζω ludo, τίω honoro, ἀκούω audio. Unica autem est Barytonorum conjugatio, quia omnia hæc verba unam tantum habent terminationem.

Ex his, quæ ante ω habent vocales α, ε, ο, in præ-

senti et in præterito imperfecto cujuscumque formæ et modi contractionem patiuntur: hinc Contracta seu Circumflexa vocantur, ut τιμάω, τιμῶ honoro, φιλέω, φιλῶ amo, δηλόω, δηλῶ ostendo.

De conjugatione Barytonorum.

In Barytonorum conjugatione quatuor potissimum sunt observanda, nimirum Littera characteristica, Terminatio, Augmentum, et Mutatio penultimæ.

De littera characteristica quædam modo sunt præmittenda, de ceteris vero agemus postea.

De littera characteristica.

Plures sunt litteræ characteristicæ præsentis, quas omnes sequens pagina continet. Futuri vero characteristica est littera σ, quæ aut explicite ponitur, si ante ω præsentis adsit vocalis seu diphthongus, vel aliqua ex dentalibus τ, δ, ϑ, vel ζ et σσ; aut cum litteris labialibus coalescit in duplicem ψ, aut cum palatinis in duplicem ξ; aut denique omittitur. Characteristica præteriti perfecti est κ, quæ item aut explicite ponitur, quum futurum desinit in σω; aut si cum litteris labialibus vel palatinis concurrat, in aspiratam affinem convertitur; aut denique omittitur.

Verba barytona recipiunt ante ω quamlibet litteram consonantem, omnes vocales præter η, omnes diphthongos proprias, exceptis ευ et ωυ. Quæ vero desinunt in ξω et ψω, proprie sunt futura, quæ derivantur a præsentibus in γω et πω, ut αλέξω defendo, ab αλέγω, fut. αλέξω curo, ἕψω coquo, ab ἕπω, fut. ἕψω dispono; ideoque anomala sunt, quemadmodum etiam finita in σκω et σϑω, quæ mutuantur tempora ab eorum primitivis in ω purum, vel in μι desinentibus; ἁλίσκω capio ab ἁλόω, vel ἅλωμι; βιβάσϑω vado a βιβάω; vel βίβημι.

Terminationes Barytonorum in

Præsenti		*Futuro*			*Præterito*		
π	τέρπω	τέρπσω	pro	τέρψω	τέτερπκα	pro	τέτερφα
β	λείβω	λείβσω	quo	λείψω	λέλειβκα	quo	λέλειφα
φ	γράφω	γράφσω		γράψω	γέγραφκα		γέγραφα
πτ	τύπτω	τύπτσω		τύψω	τέτυπκα		τέτυφα
κ	πλέκω	πλέκσω		πλέξω	πέπλεκκα		πέπλεχα
γ	λέγω	λέγσω		λέξω	λέλεγκα		λέλεχα
χ	βρέχω	βρέχσω		βρέξω	βέβρεχκα		βέβρεχα
κτ	τίκτω	τέκσω		τέξω	τέτεκκα		τέτεχα
τ	ανύτω	ανύτσω		ανύσω	ήνυτκα		ήνυκα
δ	ᾁδω	ᾁδσω		ᾁσω	ῆδκα		ῆκα
θ	πλήθω	πλήθσω		πλήσω	πέπληθκα		πέπληκα
ζ	φράζω	φράζσω		φράσω	πέφραζκα		πέφρακα
σσ	πλάσσω	πλάσσω		πλάσω	πέπλασκα		πέπλακα
λ	ψάλλω	ψάλσω		ψαλῶ	έψαλκα		έψαλκα
μ	νέμω	νέμσω		νεμῶ	νένεμκα		νενέμηκα
ν	μένω	μένσω		μενῶ	μέμενκα		μεμένηκα
ρ	σπείρω	σπέρσω		σπερῶ	έσπαρκα		έσπαρκα
μν	τέμνω	τέμσω		τεμῶ	τέτεμκα		τέτεμηκα
α	γελάω			γελάσω			γεγέλακα
ε	τελέω			τελέσω			τετέλεκα
ι	τίω			τίσω			τέτικα
ο	ομόω			ομόσω			ώμοκα
υ	δύω			δύσω			δέδυκα
ω	ῥώω			ῥώσω			έρρωκα
αι	παίω			παίσω			πέπαικα
αυ	ψαύω			ψαύσω			έψαυκα
ει	σείω			σείσω			σέσεικα
ευ	ιππεύω			ιππεύσω			ΐππευκα
οι	οίω			οίσω			ῷκα
ου	κρούω			κρούσω			κέκρουκα
υι	οπυίω			οπυίσω			ώπυικα

Quædam verba in ζω, eaque præsertim, quæ lamentationem aut motum animi significant, habent futurum in ξω, et præteritum in χα, ut οιμώζω ploro, ολολύζω ululo, κράζω clamo. Nonnulla habent in futuro σω et ξω, et in præterito κα et χα: ut ἁρπάζω rapio.

Multa verba in σσω habent futurum in ξω, et præteritum in χα, ut ορύσσω fodio. Nonnulla habent fu-

turum in σω et in ξω, præteritum in κα et χα: ut ἐρέσσω remigo, quia derivantur a verbis obsoletis in γω.

Sunt etiam, quorum unum est futurum in ξω, et præteritum in χα, at duplex præsens: ut σφάζω vel σφάττω jugulo: φοινίζω vel φοινίσσω rubefacio: μάζω vel μάσσω pinso. Sed σφίσσω horreo habet fut. in ξω, et præteritum in κα, ne duæ continentes syllabæ ab aspiratis incipiant.

Tria ante ξω habent γ, nempe λίγξω a λίγγω strideo; κλάγξω a κλάγγω vel κλάζω clango: πλάγξω a πλάζω disturbo.

In verbis desinentibus in λω, μω, νω, ρω, μνω, antiquissimi Græci litteram characteristicam futuri σ retinebant, ut apparet ex Phavorino, qui ex antiquo Grammatico adfert futura σπέρσω, κλίνσω, νέμσω. Communiter tamen σ rejicitur, sed compensationis fortasse causa ultima circumflectitur.

Pauca ante inflexionem Verbi notanda.

Prima dualis deest, quum prima pluralis exit in μεν. Secunda et tertia dualis sunt similes, quum tertia pluralis exit in σι, quod fit in Activis; aut in ται, quod fit in Passivis.

Modus imperativus et subjunctivus carent futuris: sed pro his usurpantur aoristi.

Præsens et imperfectum, præt. perf. et plusq. perf. in modo indicativo inflectuntur separatim: in aliis vero modis conjunctim.

Verbum Barytonum vocis activæ inflexum secundum cognata tempora.

Modus indicativus, a quo omnes alii modi deducuntur.

Tempus Præsens.

S.	τύπτω	τύπτεις	τύπτει.	*Verbero.*
D.		τύπτετον	τύπτετον.	
P.	τύπτομεν	τύπτετε	τύπτουσι.	

Unde Præteritum imperfectum.

S.	ἔτυπτον	ἔτυπτες	ἔτυπτε.	*Verberabam.*
D.		ἐτύπτετον	ἐτυπτέτην.	
P.	ἐτύπτομεν	ἐτύπτετε	ἔτυπτον.	

Futurum.

S.	τύψω	τύψεις	τύψει.	*Verberabo.*
D.		τύψετον	τύψετον.	
P.	τύψομεν	τύψετε	τύψουσι.	

Unde Aoristus.

S.	ἔτυψα	ἔτυψας	ἔτυψε.	*Verberavi*
D.		ἐτύψατον	ἐτυψάτην.	
P.	ἐτύψαμεν	ἐτύψατε	ἔτυψαν.	

Præteritum perfectum.

S.	τέτυφα	τέτυφας	τέτυφε.	*Verberavi.*
D.		τετύφατον	τετύφατον.	
P.	τετύφαμεν	τετύφατε	τετύφασι.	

Unde Præteritum plusquam-perfectum.

S.	ἐτετύφειν	ἐτετύφεις	ἐτετύφει.	*Verberaveram.*
D.		ἐτετύφειτον	ἐτετυφείτην.	
P.	ἐτετύφειμεν	ἐτετύφειτε	ἐτετύφεισαν.	

Modus Imperativus.

Præsens et Præteritum imperfectum.

S.	τύπτε	τυπτέτω.	*Verbera.*
D.	τύπτετον	τυπτέτων.	
P.	τύπτετε	τυπτέτωσαν.	

Aoristus.

S.	τύψον	τυψάτω.	*Verberato tu.*
D.	τύψατον	τυψάτων.	
P.	τύψατε	τυψάτωσαν.	

Præteritum perfectum et plusquam-perfectum.

S.	τέτυφε	τετυφέτω.	*Verberaveris.*
D.	τετύφετον	τετυφέτων.	
P.	τετύφετε	τετυφέτωσαν.	

Modus Optativus.

Præsens et Præteritum imperfectum εἴθε, *utinam.*

S.	τύπτοιμι	τύπτοις	τύπτοι.	*Verberarem.*
D.		τύπτοιτον	τυπτοίτην.	
P.	τύπτοιμεν	τύπτοιτε	τύπτοιεν.	

Futurum.

S.	τύψοιμι	τύψοις	τύψοι.	*Verberem.*
D.		τύψοιτον	τυψοίτην.	
P.	τύψοιμεν	τύψοιτε	τύψοιεν.	

Aoristus.

S.	τύψαιμι	τύψαις	τύψαι.	*Verberaverim.*
D.		τύψαιτον	τυψαίτην.	
P.	τύψαιμεν	τύψαιτε	τύψαιεν.	

Aoristus Aeolicus, Atticis usitatissimus.

S.	τύψεια	τύψειας	τύψειε.	*Verberaverim.*
D.		τυψείατον	τυψειάτην.	
P.	τυψείαμεν	τυψείατε	τύψειαν.	

Præteritum perfectum et plusquam-perfectum.

S.	τετύφοιμι	τετύφοις	τετύφοι.	*Verberavissem.*
D.		τετύφοιτον	τετυφοίτην.	
P.	τετύφοιμεν	τετύφοιτε	τετύφοιεν.	

Modus Subjunctivus.

Præsens et Præteritum imperfectum ἐὰν, *quum*

S.	τύπτω	τύπτῃς	τύπτῃ.	*Si verberem, vel*
D.		τύπτητον	τύπτητον.	*verberarem.*
P.	τύπτωμεν	τύπτητε	τύπτωσι.	

Aoristus.

S.	τύψω	τύψῃς	τύψῃ.	*Si verberavero.*
D.		τύψητον	τύψητον.	
P.	τύψωμεν	τύψητε	τύψωσι.	

Præteritum perfectum et plusquam-perfectum.

S.	τετύφω	τετύφῃς	τετύφῃ.	*Si verberaverim.*
D.		τετύφητον	τετύφητον.	
P.	τετύφωμεν	τετύφητε	τετύφωσι.	

Modus Infinitivus.

Præs. et Præteritum imperf. τύπτειν.
Futurum τύψειν.
Aoristus τύψαι.
Præteritum perf. et plusquam-perf. τετυφέναι.

Participium.

Præsens et Præteritum imperfectum.

M.	ὁ τύπτων	τοῦ τύπτοντος.	*Verberans.*
F.	ἡ τύπτουσα	τῆς τυπτούσης.	
N.	τὸ τύπτον	τοῦ τύπτοντος.	

Futurum.

M.	ὁ τύψων	τοῦ τύψοντος.	*Verberaturus.*
F.	ἡ τύψουσα	τῆς τυψούσης.	
N.	τὸ τύψον	τοῦ τύψοντος.	

Aoristus.

M.	ὁ τύψας	τοῦ τύψαντος.	*Qui verberavit.*
F.	ἡ τύψασα	τῆς τυψάσης.	
N.	τὸ τύψαν	τοῦ τύψαντος.	

Præteritum perfectum et plusquam perf.

M.	ὁ τετυφὼς	τοῦ τετυφότος.	*Qui verberavit.*
F.	ἡ τετυφυῖα	τῆς τετυφυίας.	
N.	τὸ τετυφὸς	τοῦ τετυφότος.	

Temporum Formatio.

Præsens.

Præsens est verbi thema et fundamentum, ut τίω.

Præteritum imperfectum.

Præteritum imperfectum formatur a præsenti, mutando ω in ον, et præponendo augmentum, ut τίω, ἔτιον.

Regulæ de augmento Præteriti imperfecti.

Augmentum est duplex, Syllabicum et Temporale.

Syllabicum augmentum est ε, quum verbum incipit a consonante: tunc enim ε præfigitur præteritis imperfecto et plusquam-perfecto, aoristo, modi indicativi, sed non in reliquis modis: ita vero appellatur, quia præsenti additum, illud integra syllaba auget.

Attici mutant ε syllabicum augmentum in temporale η; ut pro ἔμελλον ἤμελλον, futurus eram.

Verbis incipientibus ab ο, vel ω, Attici præfigunt ε: ut ὁράω, ἑώραον, videbam.

Poetæ præponunt ε aoristis sive a vocali, sive a diphthongo incipientibus, ut ἔειπα pro εἶπα, *dixi.*

Si verbum incipiat a ῥ, geminatur ρ post ε: ut ῥίπτω, ἔρριπτον, projicio.

Temporale augmentum est, quum verbum incipit a mutabili vocali, vel ει mutabili diphthongo: est vero nihil aliud, quam idem augmentum syllabicum ε, quod cum prima verbi vocali contractum coaluit in vocalem longam, ideoque temporale vocatur, quia aliquod temporis eidem addit.

Mutabiles vocales	α	mutantur in	η	ανύω	ἤνυον	perficio,	bam.
	ε		η	ἐλεύθω	ἤλευθον	venio,	bam.
	ο		ω	οπάζω	ὤπαζον	præbeo,	bam.
Mutabiles diphthongi	αι	mutantur in	ῃ	αἴρω	ᾖρον,	tollo,	bam.
	αυ		ηυ	αυξάνω	ηὔξανον	augeo,	bam.
	οι		ῳ	οικίζω	ᾤκιζον	condo,	bam.

Si verbum incipit a diphthongis ει, ευ, ου, vel a vocalibus ι, υ, η, ω, nullum est augmentum, quia eae diphthongi et vocales sunt immutabiles.

Quædam ab ε incipientia in præterito imperfecto, vel

aliis temporibus adsciscunt ι: ut ἔχω, εἶχον, habeo: ἕλω, εἶλον, volvo: ἕλκω, ἑλκύω, ἑλκύζω, εἷλκον, εἵλκυον, εἵλκυζον, traho: ἕρπω, ἑρπίζω, εἷρπον, εἵρπιζον, serpo: ἑστήκω, plusq. perf. εἱστήκειν, sto: ἑστιάω, εἱστίαον, convivio excipio: ἐάω, εἴαον, sino: ἕω, præter. perf. pass. εἷμαι, induo, seu pono: ἐρύω, εἴρυον, traho: ἐθίζω, εἴθιζον, assuefacio: ἐργάζομαι, εἰργαζόμην, operor: ἕπω, εἶπον, dico, quod servat augmentum in omnibus modis: ἑορτάζω, εἱόρταζον et ἑώρταζον, festum celebro.

Quædam ab οι incipientia nullum habent augmentum, ut οἰδαίνω, οἴδαινον, tumeo. *Ea autem sunt, quæ derivantur a dictionibus sequentibus.*

οἶαξ,	*clavus*	οἰακίζω	οἰάκιζον	*clavum rego.*
οἶνος,	*vinum*	οἰνίζω	οἴνιζον	*vinum oleo, seu emo.*
οἰωνὸς,	*augurium*	οἰωνίζομαι	οἰωνιζόμην	*auguror.*
οἶμος,	*via*	οἰμαίω	οἴμαον	*irruo.*
οἶστρος,	*æstrum*	οἰστρέω	οἴστρεον	*æstro agito, et agitor.*
οἶος,	*solus*	οἰόω	*destituo: unde* οἰώζην *solus egi.*	

His addunt οἰκουρέω, *domi sedeo:* οἰμώζω, *lugeo; quod et* οἴμωζον *et* ᾤμωζον.

De Augmento Compositorum.

Augmentum erit in principio, si verba componantur cum

- Nomine: ut φιλοσοφῶ, *philosophor*, a φίλος, amicus, et σοφὸς sapiens, ἐφιλοσόφουν.
- Pronomine αὐτὸς: ut αὐτομολῶ, fugio ad hostes, ηὐτομόλουν.
- Præpositione, quæ non mutet significationem verbi: ut ἐνέπω, idem cum simplici ἕπω, dico, ἤνεπον.
- Verbo simplici; quod non sit in usu: ut ἀντιβολῶ, supplico, ἠντιβόλουν.
- Adverbiis ὁμοῦ, vel ὁμῶς, simul: ut ὁμολογῶ, fateor, ὡμολόγουν.
- Particula privativa α: ut ἀφρονῶ, insipiens sum, ἠφρόνουν.

Augmentum erit in medio, si componantur cum

Præpositione, quæ mutet significationem verbi, ut γινώσκω, cognosco, καταγινώσκω, condemno, κατεγίνωσκον.

Particulis δὺς male, et εὖ bene, modo sequatur vocalis mutabilis: ut δυσαρεστῶ, displiceo, δυσηρέστουν; ευεργετῶ, benefacio, ευηργέτουν. At sequente consonante, aut vocali immutabili, regulam simplicium sequuntur: ut δυστυχῶ, infelix sum, εδυστύχουν: ευσεβῶ pietatem colo, ευσέβουν: ευημερῶ, prospere ago, ευημέρουν.

Nonnulla, quamvis simplicia non sint in usu, habent tamen augmentum in medio: ut απολαύω, fruor, απέλαυον et απήλαυον: επιχειρῶ, conor, επεχείρουν: εγκωμιάζω, laudo, ενεκωμίαζον: προσκυνῶ, adoro, προσεκύνουν.

Quædam habent augmentum in principio, et in medio: ut ανορθῶ, corrigo, ηνώρθουν: ενοχλῶ, molestus sum, ηνώχλουν; reperitur tamen ενωχλήθην: ανέχομαι, tolero, ανειχόμην et ηνειχόμην. *Sic ονοματοποιῶ, nomen fingo: παροινῶ, debacchor: προοδοποιῶ, viam patefacio: αναίνομαι, abnuo: item διαιτῶ, arbiter sum, cum suis compositis.*

Aliqua interdum in principio, interdum in medio augentur, ut εγγυῶ, ηγγύησα et ηγγεγύηκα, despondeo: διακονῶ, εδιακόνουν et διεκόνουν, ministro. Sic εμπλοῶ, versor, μεθοδεύω, methodo utor.

Verbum κατηγορῶ, accuso, nullum capit incrementum.

Præpositionum ultima vocalis in compositione eliditur, si vocalis sequatur, exceptis πρὸ, et περὶ, quæ numquam vocalem amittunt, et aliquando αμφὶ, ut παρακούω, perperam audio, παρήκουον: a παρὰ, et ακούω.

καταλέγω, deligo, κατέλεγον: a κατὰ, et λέγω.

προβάλλω. propello, προέβαλλον, et crasi, προύβαλλον: a πρὸ, et βάλλω. Hinc προέχω et προύχω, præcedo.

περιάγω, circumduco, περιῆγον. Sic et επιορκῶ, pejero, επιώρκουν.

αμφιελίσσω, in orbem verto: ex αμφὶ, et ἑλίσσω: αμφιέπω, et αμφέπω, circumstipo: ex αμφὶ, et ἕπω.

Præpositio mutat suam tenuem in aspiratam, si verbum incipiat a vocali, vel diphthongo aspirata, ut κα-

ϑάττομαι, attingo, ex κατὰ, et ἅπτομαι: ἀφαιροῦμαι, aufero, vel auferor, ex ἀπὸ, et αἱροῦμαι.

De Aoristo qui vulgo secundus appellatur.

Plerique Grammatici hic ponunt aoristum secundum, quem a præterito imperfecto formari affirmant; nos contra cum Valckenaerio, Kustero, Lennepio, Scheidio aliisque doctissimis viris, græcæque linguæ peritissimis putamus aoristos secundos esse tempora ficta tantum a Grammaticis, ignorantibus veras verborum formas, ad quas hæc tempora referri debeant; et nihil aliud esse quam præterita imperfecta, quæ ab obsoletis fere præsentibus originem trahunt. Etenim quum certo constet, antiquitus nullum fuisse vocalium longarum, diphthongorum, et duplicium vel duplicatarum consonantium usum, hinc factum est, ut ab antiquo præsenti λάβω *pro* λήβω *imperfectum* ἔλαβον, *ex* κάω *pro* καίω ἔκαον, *ex* φράδω *pro* φράζω ἔφραδον, *ex* τύπω *pro* τύπτω ἔτυπον *ortum duxerint; quæ veri nominis imperfecta esse ex eo potissimum probatur, quod tum apud profanos auctores, tum in N. Testamento passim* ἔλαβον *et similia aliorum verborum tempora adhibentur significatione temporis præteriti imperfecti, non aoristi.*

Ea igitur verba, quæ in pænultima habent longam, vel diphthongum, vel duplicem consonantem, sæpissime producunt aliud imperfectum, mutando scilicet:

η, ω, αι, αυ	*in*	α	λήβω	*olim*	λάβω	ἔλαβον,	*accipio.*
			τρώγω	*olim*	τράγω	ἔτραγον,	*comedo.*
			καίω	*olim*	κάω	ἔκαον,	*uro.*
			παύω	*olim*	πάω	ἔπαον,	*sedo.*
ει	*in*	ι	λείπω	*olim*	λίπω	ἔλιπον	*linquo.*
ευ	*in*	υ	φεύγω	*olim*	φύγω	ἔφυγον	*fugio.*

vel ejiciendo alteram consonantem, nempe:

πτ	*in*	π	τύπτω	*olim*	τύπω	ἔτυπον	*verbero.*
κτ		κ	τίκτω	*olim*	τέκω	ἔτεκον	*pario.*
μν		μ	κάμνω	*olim*	κάμω	ἔκαμον	*laboro.*

vel mutando duplicem in simplicem, ut:

ζ	*in*	δ	φράζω	*olim*	φράδω	ἔφραδον	*dico.*
σσ		γ	πράσσω	*olim*	πράγω	ἔπραγον	*facio.*

vel transponendo consonantem, ut:

ερϑ	*in*	ραϑ	πέρϑω	*pro*	ἔπαρϑον	ἔπραϑον	*perdo.*
ερκ		ρακ	δέρκω	*pro*	ἔδαρκον	ἔδρακον	*video.*

Quæ desinunt in ούω, et polysyllaba in αύω, εύω, ύω et υίω et alia multa habent tantum imperfectum commune cum pænultima longa.

Verba in ζω *et* σσω, *si habeant futurum in* ξω, *plerumque formant hoc alterum imperfectum in* δον; *si in* σω, *formant in* γον, *ut* φράζω *dico, fut.* φράσω, *imperf.* ἔφραζον *et* ἔφραδον; πράσσω *vel* πράττω *facio, fut.* πράξω, *imperf.* ἔπραττον *et* ἔπραγον; *nam futura in* ξω *cadentia verborum in* σσω *proprie pertinere ad verba in* γω, *desinentia vero in* σω *ad formas verborum in* δω *cadentium referenda esse jam vidimus.*

Disyllaba, quæ habent liquidam ante, vel post ε *aut* ει, *mutant pænultimam in* α: *ut* πλέκω *plico, imperf.* ἔπλεκον *et* ἔπλακον; τρέπω *verto, imperf.* ἔτρεπον *et* ἔτραπον; στέλλω *mitto, imperf.* ἔστελλον *et* ἔσταλον; σπείρω *semino, imperf.* ἔσπειρον *et* ἔσπαρον: *antiquitus enim hæc verba videntur fuisse* πλάκω, τράπω, στάλω, σπάρω.

Sed trisyllaba, etiamsi habeant liquidam post ει, *servant* ε: *ut* ἀγείρω *congrego, imperf.* ἤγειρον *et* ἤγερον; ὀφείλω *debeo, imperf.* ὤφειλον *et* ὤφελον. *His adde tria disyllaba* βλέπω *video,* λέγω *dico,* φλέγω *uro, quæ habent unum tantum imperfectum* ἔβλεπον, ἔλεγον, ἔφλεγον.

Quædam sunt verba, quæ mutant π *præsentis in aspiratam affinem* φ, *vel in tenuem* β; *quædam mutant* χ *præsentis in* γ: *ita ut hi Aoristi secundi, vel potius præterita imperfecta* ἦφον, ἔβαφον, ἔδρυφον *etc. ab obsoletis præsentibus* ἄφω, βάφω, δρύφω *etc. originem habuisse videantur.*

π in φ	ἄπτω	necto	ἧπτον	et	ἧφον
	βάπτω	tingo	ἔβαπτον	et	ἔβαφον
	δρύπτω	lacero	ἔδρυπτον	et	ἔδρυφον
	θάπτω	sepelio	ἔθαπτον	et	ἔταφον
	ῥάπτω	suo	ἔῤῥαπτον	et	ἔῤῥαφον
	ῥίπτω	jacio	ἔῤῥιπτον	et	ἔῤῥιφον
	σκάπτω	fodio	ἔσκαπτον	et	ἔσκαφον
π in β	βλάπτω	lædo	ἔβλαπτον	et	ἔβλαβον
	καλύπτω	occulo	ἐκάλυπτον	et	ἐκάλυβον
	κρύπτω	occulo	ἔκρυπτον	et	ἔκρυβον
χ in γ	σμύχω	uro	ἔσμυχον	et	ἔσμυγον
	ψύχω	refrigero	ἔψυχον	et	ἔψυγον

Iones in hoc tempore geminatione uti solent, ut a κάμνω, laboro, formant κέκαμον pro ἔκαμον.

De Futuro quod vulgo appellatur secundum.

Quod modo diximus de aoristo secundo, idem dicendum de hoc futuro; hoc autem derivatur ab altero imperfecto formæ vetustissimæ cum pænultima brevi, ut ab ἔτυπον est τυπῶ. Sed hujusmodi futurum Atticum est, nihilque significatione differt a futuro primo, et originem habet ab obsoleto verbo τυπέω: hoc autem futurum rarissimo est in usu, nisi in verbis quibusdam, iisque anomalis.

Futurum.

Oritur futurum a præsenti, variata sola characteristica, ut supra dictum est, retenta eadem pænultima, quæ præsentis: ut τίω, τίσω.

Observationes. Verba, quorum littera characteristica est liquida, in futuro circumflectunt ultimam, et corripiunt pænultimam, vel abjecta altera liquida, si fuerint duæ; ut ψάλλω cano, ψαλῶ; vel elisa vocali subjunctiva diphthongi, ut φαίνω appareo, φανῶ; vel correpta ancipiti, ut κρίνω judico, κρινῶ. Ideo vero haec futura habent pænultimam brevem, quia derivantur ab antiquis præsentibus, in quibus nec duplicatæ consonantes, nec diphthongi erant, ut jam dictum est. Hæc recte vocari possent futura Attica in usum communem Græcorum cum multis aliis recepta; ortum enim habent ab obsoletis ψαλέω, φανέω, κρινέω; quum nempe futurum idem erat ac præsens.

Eadem est ratio verborum in ιζω, quæ Attice in futuro abjiciunt ζ præsentis, et ultimam circumflectunt, ut νομίζω puto, νομιῶ: εγγίζω, appropinquo, εγγιῶ, quæ futura reapse non a verbis in ιζω, sed in ω purum cadentibus formantur, nempe a νομιέω, εγγιέω. Idem fere dicendum de futuris Atticis δρῶ, ἐξελῶ, κρεμῶ, ἐξολῶ a verbis δράω facio, ἐξελάω expello, κρεμάω suspendo, ἐξολέω extermino.

Barytona multa sumunt futurum a verbis circumflexis; ut θέλω volo, θελήσω: οφείλω debeo, οφειλήσω: μέλλω cunctor, μελλήσω: αὔξω augeo, αὐξήσω: ἕψω coquo, ἑψήσω, quasi a θελέω, οφειλέω, μελλέω, αὐξέω, ἑψέω. E contrario nonnulla circumflexa sumunt futurum a barytonis, ut δο-

κίω videor, δόξω a δόκω: ωθέω trudo, ώσα ab ώθω. Reperitur tamen etiam futurum δοκήσω, ωθήσω.

Disyllaba in εω formant futurum in ευσω: ut πλέω navigo, πλεύσω: ῥέω fluo, ῥεύσω: πνέω spiro, πνεύσω. Sed δέω ligo habet δήσω: τρέω tremo, τρέσω: νέω nato, νήσω; νέω vero pro νεύω adnuo, νεύσω. Duo in αιω formant in αύσω: ut κλαίω fleo, κλαύσω; καίω uro, καύσω.

Quatuor futura non retinent litteram aut spiritum præsentis: ut τρέφω nutrio, θρέψω; τρέχω curro, θρέξω; τύφω inflammo, θύψω: ἔχω habeo, ἕξω: id autem accidit, quia ea verba τρέφω, τρέχω, τύφω et ἔχω natura sua habent litteram aspiratam vel spiritum asperum in prima syllaba, eamque mutationem subiere ob concursum alterius aspiratæ in secunda syllaba; in futuro autem, cujus secunda syllaba levigatur, redit aspiratio.

Aoristus.

Aoristus significat aliquid præteriisse, sed indefinite: non enim definit, si revera actio præterita sit, sive etiamnum duret, sive dudum præterita, sive modo ante facta, ut apud Italos amai, *quum præteritum perfectum significet modo aliquid factum, ut apud Italos* ho amato. *Præterea aoristus sæpe indicat id, quod semper factum sit, vel fieri debeat: ut apud Hesiod.* πίστεις δ' ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας, *quod latine possis reddere:* credulitas autem pariter ac diffidentia perdidit, perdit, perdet viros: *et egregie Phædrus:* Periculosum est credere, et non credere.

Formatur Aoristus a futuro, retenta eadem characteristica, mutato ω in α, præposito augmento imperfecti, cum pænultima fere longa, ut τίσω, ἔτισα.

Exceptiones. Quinque sunt aoristi, qui futuri characteristicam mutant; duo primi retinent characteristicam præsentis: ut εἶπα ab ἔπω dico; ἤνεγκα ab ἐνέγκω (Ion. ἤνεικα ab ἐνείκω), tres accipiunt a præterito: ut ἔθηκα a θέω seu τίθημι pono; ἔδωκα a δόω seu δίδωμι do; ἧκα ab ἕω, sive ἵημι mitto.

Quatuor expellunt characteristicam futuri: ἔχευα, quod et ἔχεα, ἔσευα, ἤλευα, ἔκηα, a χέω vel χεύω fundo, σεύω quatio, ἀλεύω vito, καίω vel κάω uro, quæ

excludunt σ. Reperiuntur tamen etiam ἤχευσα, ἔσευσα, et ἔκαυσα.

In verbis, quorum littera characteristica est liquida, quæque plerumque habent pænultimam brevem in futuro, hanc producunt hac mutatione:

ε futuri mutatur in ει: ut σπείρω sero, σπερῶ, ἔσπειρα.

α, ι, υ, quæ communes sunt, remanent, ut ψάλλω cano, ψαλῶ, ἔψαλα; φαίνω appareo, φανῶ, ἔφανα; κρίνω judico, κρινῶ, ἔκρινα; μολύνω contamino, μολυνῶ, ἐμόλυνα.

Attice α mutatur in η: ut ἔψαλα cecini, ἔψηλα, a ψάλλω; ἔφανα apparui, ἔφηνα, a φαίνω.

Ex his tamen verbis, quorum littera characteristica est liquida, observandum est, non paucos reperiri aoristos, præsertim apud Homerum, qui retinent σ futuri: hinc reperire est aoristos infinitivi κέλσαι, κέρσαι, ab aoristis indicativi ἔκελσα, ἔκερσα profectos, verborum κέλλω moveo, et κείρω tondeo: ex quo apparet etiam ex στέλλω mitto, et ψάλλω psallo, olim veteres habuisse aoristos ἔστελσα et ἔψαλσα, quos deinde facilioris pronuntiationis causa mutarunt in ἔστειλα et ἔψαλα; quemadmodum, ut supra vidimus, ἔχευσα, ἔσευσα mutarunt in ἔχευα et ἔσευα.

Præteritum perfectum.

Formatur præteritum perfectum a futuro, mutando ω in α, assumta characteristica propria κ, et præposito augmento: ut τίσω, τέτικα.

Regulæ de augmento Præteriti perfecti.

Prima syllaba hujus temporis debet esse longa.

Hinc idem initium est præteriti perfecti, quod imperfecti:

1.° si verbum incipiat a vocali, vel diphthongo: ut ἀκούω audio, ἤκουον, ἤκουκα; ὀνομάζω nomino, ὠνόμαζον, ὠνόμακα; εἰκάζω assimilo, εἴκαζον, εἴκακα.

2.° si incipiat a duabus consonantibus, quarum secunda non sit liquida, tunc enim apud poetas syllaba esset anceps; vel a duplici, nempe ζ, ξ, ψ, ut σπείρω sero, ἔσπειρον, ἔσπαρκα; ζέω ferveo, ἔζεον, ἔζεκα.

3.° si incipiat a ῥ: ut ῥίπτω projicio: ἔρριπτον, ἔρριφα.

Repetit autem primam consonantem præsentis cum

ε, si verbum incipiat a simplici consonante, vel a muta cum liquida; ut τύπτω verbero, ἔτυπτον, τέτυφα: γράφω, scribo, ἔγραφον, γέγραφα.

Exceptiones. Incipientia tamen a γν, et γρη, licet inchoentur a muta cum liquida, non repetunt primam consonantem præsentis: ut γνωρίζω cognosco, εγνώρικα: γρηγορέω vigilo, εγρηγόρηκα; ad evitandam scilicet cacophoniam.

Incipientia a duabus consonantibus πτ, κτ, μν, licet non muta cum liquida, repetunt primam præsentis: ut πτόω cado, πέπτωκα: κτάομαι possideo, κέκτημαι: μνάομαι recordor, μέμνημαι. Hoc ideo fit, quod poetæ vocalem brevem ante πτ, κτ, μν communem faciunt. Sed tamen nonnulla non repetunt; ut κτίζω fabrico, ἔκτικα, et alia.

Quædam incipientia a muta cum liquida modo repetunt, modo non repetunt primam præsentis; ut βλαστέω germino, βεβλάστηκα et εβλάστηκα, et alia.

Observationes. Si verbum incipiat a muta aspirata, videlicet φ, χ, θ, repetit tenuem illi affinem: ut φράζω dico, πέφρακα: χρίω ungo, κέχρικα: θύω sacrifico, τέθυκα.

Præteritum perfectum quale initium habuerit in modo indicativo, idem retinet etiam in reliquis modis.

Disyllaba, quorum characteristica est littera liquida, mutant ε futuri in α, ut σπείρω, σπερῶ, ἔσπαρκα, sero: στέλλω, στελῶ, ἔσταλκα, mitto.

Immutabiles λ et ρ manent in præt. ut in fut.; ut ψάλλω, ψαλλῶ, ἔψαλκα, psallo: φθείρω, φθερῶ, ἔφθαρκα, corrumpo.

Verba in μω, et μνω adsumunt η ante κα: ut νέμω, νεμῶ, νενέμηκα, tribuo: τέμνω, τεμῶ, τετέμηκα, et per syncopen τέτμηκα, seco. Hæc verba orta videntur ex formis derivatis puris, nempe a νεμέω, et τεμέω, cujus loco dictum deinde est νέμω et τέμνω.

Disyllaba in είνω, ίνω, ύνω, abjiciunt ν futuri in præt. ut τείνω, τενῶ, τέτακα, extendo; κρίνω, κρινῶ, κέκρικα, judico: θύνω, θυνῶ, τέθυκα, propero.

Cetera verba in νω vertunt ν in γ: ut φαίνω, φανῶ, πέφαγκα, appareo: μολύνω, μολυνῶ, μεμόλυγκα, polluo: semper enim ν ante γ, κ, χ, ξ, migrat in γ. *At μένω, μενῶ, μεμένηκα, tamquam a μενέω, maneo.*

Præteritum perfectum Atticum.

Attici verbis incipientibus a λ vel μ, pro communi augmento præponunt ει: ut λαμβάνω, vel potius λήβω, λέληφα, εἴληφα, sumo: μείρομαι, μέμαρμαι, εἵμαρμαι, sortior.

In verbis incipientibus ab α brevi, ε, ο, præfigunt præterito communi duas priores litteras præsentis: ut ἀγείρω, ἤγερκα, ἀγήγερκα, congrego: ὄλλω, ὦλα, ὄλωλα, pereo. Si autem excesserit numerum trium syllabarum, tertia ab initio syllaba corripitur ita:

mutando	η in ε:	ἀλήθω	ἤληκα	ἀλήλεκα, molo.
	ω — ο:	ἐρωτάω	ἠρώτηκα	ἐρηρότηκα, interrogo.
abjecta	ει — ι:	ἀλείφω	ἤλειφα	ἀλήλιφα, ungo.
præpositiva	ευ — υ:	ἐλεύθω	ἤλευθα	ἐλήλυθα, venio.
abjecta	οι	ἑτοιμάζω	ἡτοίμακα	ἑτητόμακα, paro.
subjunctiva	in ο			
	ου	ἀκούω	ἤκουκα	ἀκήκοκα, audio.

Si tamen tertia syllaba sit longa positione, non fit mutatio: ut ἀγήγερκα.

Retinet diphthongum ἐρείδω, ἤρεικα, ἐρήρεικα, *firmo, ut differat ab* ἐρήρικα, *quod ab* ἐρίζω, *contendo.*

Irregularia sunt ἔδω, ἦκα, ἔδηκα, *et interposito* δο, ἐδήδοκα, *edo;* ἄγω, ἦχα, ἄγηχα *et assumto* ο, ἀγήοχα; *item in antiquo imperfecto* ἦγον, ἄγηγον, *et per metathesin,* ἤγαγον, *duco.*

Verbis incipientibus ab ο, vel ω, Attici præter commune augmentum præponunt ε, eodem spiritu manente, ut ὁράω, ὥρακα, ἑώρακα, video; ὤθω, pello, ὦσμαι, ἔωσμαι, præter. pass.

Sic εἴκω, οἶκα, ἔοικα, *similis sum;* ἔπω, εἶπα, ἔειπα, *dixi; Aor.* ἧκα, ἕηκα, *misi; unde* ξυνέηκα, *commisi, item intellexi:* ὠσάμην, *et* ἐωσάμην, *impuli.*

Disyllaba, quorum characteristica est littera labialis, aut palatina, vertunt præteriti perfecti pænultimam ε in ο: ut κλέπτω, κέκλεφα, κέκλοφα, furor: βρέχω, βέβρεχα, βέβροχα, rigo.

Præteritum plusquam-perfectum.

Formatur a Præterito perf. mutando α in ειν; ac, si perfectum incipiat a simplici consonante, aliud ε assumendo, quam secundam reduplicationem vocant; ut τέτιχα, ἐτετίχειν: alioquin incipit et augetur, sicut per-

fectum; ut ἑστάλκα, ἑστάλκειν, miseram; ἠκούκα, ἠκούκειν, audieram: eodem initio, et augmento manente in medio in compositis: ut συνἑστάλκα, συνεστάλκειν, contraxeram; ὑπήκουκα, ὑπηκούκειν, obedieram.

Præteritum plusquam-perfectum Atticum.

Reperitur Attice sine secunda reduplicatione: ut δεδύκειν pro ἐδεδύκειν, subieram.

In verbis Attice reduplicatis accipit augmentum prima vocalis; ut ἀγήγερκα, ἠγηγέρκειν, congregaveram; ὀρώρυχα, ὠρωρύχειν, foderam: ἀκήκοα, ἠκηκόειν, audieram. Excipe ἐληλύκειν, et ἐληλύθειν, veneram, ab ἐλήλυκα, et ἐλήλυθα. At ἔολπα, speravi; ἔοργα, feci; ἔοικα, similis sum, habent augmentum in medio: ἐώλπειν, ἐώργειν, ἐῴκειν.

Præteritum perfectum vulgo Medium dictum, sed reapse activum Ionicum appellandum.

Quum certo constet, Iones solemni more consonantem inter duas vocales, ac præcipue in temporibus præteritis litteram κ omittere, ut videre est in ἕστακα, quod mutarunt in ἕσταα; hinc minime absonum esse videtur, præteritum, quod Grammatici perperam medium appellant, quia sæpissime activam præsefert significationem, et semper habet præteriti activi terminationem, huc retrahere, et præteritum Ionicum appellare.

Præteritum Ionicum formatur a præterito communi activo retenta pænultima et characteristica præsentis, et omissa littera κ, quæ, ut vidimus, est propria characteristica præteriti, ut τύπτω, præt. comm. τέτυφα pro τέτυπκα, præt. Ionicum τέτυπα.

Sed in verbis in σσω et ζω deducitur ab obsoletis in γω et δω: ut τέταγα pro τέταγκα, a τάγω pro τάσσω ordino, πέφραδα pro πέφραδκα a φράδω pro φράζω dico.

Verba circumflexa minuuntur etiam pænultima vocali: ut τέτελα *a* τετέλεκα, μέμελα *et* μέμηλα *a* μεμέληκα: *vel potius derivantur a verbis barytonis* τέλω *et* μέλω *pro* τελέω *et* μελέω.

Iones, abjecta characteristica κ, *corripiunt etiam pænultimam; ut* γέγαα *pro* γέγηκα; μέμαα *pro* μέμηκα; *unde participia* γεγαώς *et* μεμαώς, *Attice* γεγώς *et* μεμώς.

Exceptiones. Disyllaba, quæ habent ε in pænultima futuri, mutant ε in ο in pænultima hujus præteriti mo-

re Atticorum, ut λέγω, fut. λέξω, præt. comm. λέλεχα, Attice λέλοχα, Ionice λέλογα.

Pænultima præsentis α mutatur aliquando in η, aliquando servatur: ut θάλλω germino, τέθηλα: ψάλλω cano, ἔψαλα: ει in οι; ut πείθω persuadeo, πέποιθα: αι in η, ut φαίνω appareo, πέφηνα.

Quædam verba videntur mutare α præsentis etiam in ο: ut βάλλω jacio, βέβολα; πάθω patior, πέπονθα; λαγχάνω sortior, λέλογχα; sed hæc præterita rectius deducuntur ab obsoletis præsentibus βέλω, πήθω pro antiquo πέθω, λήχω pro antiquo λέχω: ideoque sequuntur regulam primo loco positam in his exceptionibus.

Præteritum plusquam-perfectum vulgo Medium, sed Ionicum appellandum.

Formatur a præterito perfecto Ionico, mutando α in ειν, et præponendo ε, si verbum incipiat a simplici consonante, vel a muta cum liquida: ut τέτυπα, ἐτετύπειν.

MODI RELIQUI, et participia pendent ab Indicativo, tempora similia a suis similibus.

Præteritum perfectum ubique servat augmentum, Aoristus vero extra Indicativum abjicit.

IMPERATIVUS non habet primam personam: caret etiam Futuro, ut et Subjunctivus; sed pro Futuro est Aoristus.

Imperfectum antiquum ultimam gravat; ut τύπε: sed Attici acuunt quinque, ἐλθέ, venio: εὑρέ, invenito: εἰπέ, dicito: λαβέ, accipito: ἰδέ, videto: quum communiter dicant ἔλθε, εὗρε, εἶπε, λάβε, ἴδε.

OPTATIVUS pro nota propria habet ubique in pænultima οι; at in Aoristo activo et passivo αι.

Usitatissimus est Aoristus Æolicus: apud Atticos autem maxime in secunda et tertia singulari, et tertia plurali. Formatur ab Aoristo ejusdem Modi, mutando αιμι in εια: ut τύψαιμι, τύψεια.

SUBJUNCTIVUS pro nota propria habet η et ω, in secunda et tertia singulari diphthongum impropriam ῃ: in duali et plurali tantum vocalem η.

INFINITIVUS desinit in ειν, vel in αι.

PARTICIPIA masculina et neutra pertinent ad tertiam declinationem simplicium, feminina ad primam.

Verbum Barytonum vocis Passivæ inflexum secundum cognata Tempora.

Modus Indicativus.

Præsens.

S.	τύπτομαι	τύπτεσαι-εαι-η	τύπτεται:	*Verberor.*
D.	τυπτόμεθον	τύπτεσθον	τύπτεσθον.	
P.	τυπτόμεθα	τύπτεσθε	τύπτονται.	

Unde Præteritum imperfectum.

S.	ετυπτόμην	ετύπτεσο-εο-ου	ετύπτετο.	*Verberabar.*
D.	ετυπτόμεθον	ετύπτεσθον	ετυπτέσθην.	
P.	ετυπτόμεθα	ετύπτεσθε	ετύπτοντο.	

Futurum.

S.	τύψομαι	τύψεσαι-εαι-η	τύψεται.	*Verberabor.*
D.	τυψόμεθον	τύψεσθον	τύψεσθον.	
P.	τυψόμεθα	τύψεσθε	τύψονται.	

Unde Aoristus.

S.	ετυψάμην	ετύψασο-αο-ω	ετύψατο.	*Verberatus fui.*
D.	ετυψάμεθον	ετύψασθον	ετυψάσθην.	
P.	ετυψάμεθα	ετύψασθὲ	ετύψαντο.	

Præteritum perfectum.

S.	τέτυμμαι	τέτυψαι	τέτυπται.	*Verberatus*
D.	τετύμμεθον	τέτυφθον	τέτυφθον.	*sum.*
P.	τετύμμεθα	τέτυφθε	τετυμμένοι εισὶ.	

Unde Præteritum plusquam-perfectum.

S.	ετετύμμην	ετέτυψο	ετέτυπτο.	*Verberatus*
D.	ετετύμμεθον	ετέτυφθον	ετετύφθην.	*eram.*
P.	ετετύμμεθα	ετέτυφθε	τετυμμένοι ἦσαν.	

Modus Imperativus.

Præsens et Præteritum imperfectum.

S.	τύπτεσο-εο-ου	τυπτέσθω.	*Verberare.*
D.	τύπτεσθον	τυπτέσθων.	
P.	τύπτεσθε	τυπτέσθωσαν.	

Aoristus.

S.	τύψαι	τυψάσθω.	*Verberator tu.*
D.	τύψασθον	τυψάσθων.	
P.	τύψασθε	τυψάσθωσαν.	

Præteritum perfectum et plusquam-perfectum.

S.	τέτυψο	τετύφθω.	*Verberatus*
D.	τέτυφθον	τετύφθων.	*esto.*
P.	τέτυφθε	τετύφθωσαν.	

Modus Optativus.

Præsens et Præteritum imperfectum. εἴθε, *utinam.*

S.	τυττοίμην	τύπτοισο-οιο	τύπτοιτο.	*Verberarer.*
D.	τυπτοίμεθον	τύπτοισθον	τυπτοίσθην.	
P.	τυπτοίμεθα	τύπτοισθε	τύπτοιντο.	

Futurum.

S.	τυψοίμην	τύψοισο-οιο	τύψοιτο.	*Verberer.*
D.	τυψοίμεθον	τύψοισθον	τυψοίσθην.	
P.	τυψοίμεθα	τύψοισθε	τύψοιντο.	

Aoristus.

S.	τυψαίμην	τύψαισο-αιο	τύψαιτο.	*Verberatus*
D.	τυψαίμεθον	τύψαισθον	τυψαίσθην.	*sim, vel*
P.	τυψαίμεθα	τύψαισθε	τύψαιντο.	*fuerim.*

Præteritum perfectum et plusquam-perfectum.

S.	τετυμμένος εἴην	εἴης	εἴη	*Verberatus*
D.	τετυμμένω	εἴητον	εἰήτην	*essem,*
P.	τετυμμένοι εἴημεν	εἴητε	εἴησαν	*vel fuissem.*

Modus Subiunctivus.

Præsens et Præteritum imperfectum. ἐὰν, *quum.*

S.	τύπτωμαι	τύπτησαι-ηαι-ῃ	τύπτηται.	*Si verberer,*
D.	τυπτώμεθον	τύπτησθον	τύπτησθον.	*vel verbe-*
P.	τυπτώμεθα	τύπτησθε	τύπτωνται.	*rarer.*

Aoristus.

S.	τύψωμαι	τύψησαι-ηαι-ῃ	τύψηται.	*Si verberatus*
D.	τυψώμεθον	τύψησθον	τύψησθον.	*sim, vel*
P.	τυψώμεθα	τύψησθε	τύψωνται.	*fuerim.*

Præteritum perfectum et plusquam-perfectum.

S.	τετυμμένος ὦ	ᾖς	ᾖ.	*Si verberatus*
D.	τετυμμένω	ἦτον	ἦτον.	*essem,*
P.	τετυμμένοι ὦμεν	ἦτε	ὦσι.	*vel fuissem.*

Modus Infinitivus.

Præsens et Præteritum imperf.	τύπτεσθαι.
Futurum	τύψεσθαι.
Aoristus	τύψασθαι.
Præteritum perf. et plusquam-perf.	τετύφθαι.

Participium.

Præsens et Præteritum imperfectum.

M.	ὁ τυπτόμενος	τοῦ τυπτομένου	*Qui verberatur.*
F.	ἡ τυπτομένη	τῆς τυπτομένης.	
N.	τὸ τυπτόμενον	τοῦ τυπτομένου.	

Futurum.

M.	ὁ τυψόμενος	τοῦ τυψομένου.	*Verberandus.*
F.	ἡ τυψομένη	τῆς τυψομένης.	
N.	τὸ τυψόμενον	τοῦ τυψομένου.	

Aoristus.

M.	ὁ τυψάμενος	τοῦ τυψαμένου.	*Verberatus.*
F.	ἡ τυψαμένη	τῆς τυψαμένης.	
N.	τὸ τυψάμενον	τοῦ τυψαμένου.	

Præteritum perfectum et plusquam-perf.

M.	ὁ τετυμμένος	τοῦ τετυμμένου.	*Verberatus.*
F.	ἡ τετυμμένη	τῆς τετυμμένης.	
N.	τὸ τετυμμένον	τοῦ τετυμμένου.	

Temporum formatio

Præsens.

Præsens formatur a præsenti activo, mutando ω in ομαι: ut τίω, τίομαι.

Secunda persona singularis præsentis, sicut et Futuri, proprie desinit in εσαι tam in verbis Barytonis, quam in Circumflexis; ut φάγεσαι, comedis, καυχάεσαι gloriaris, sed Ionice sublato σ desinit in εαι; φάγεαι, καυχάεαι, deinde Attice et communiter facta crasi in ῃ, φάγῃ, καυχᾷ; quandoque in ει, quæ terminatio Attica antiquitus obtinuit, et adhuc servatur etiam communiter in hisce quatuor, βούλει vis, οἴει putas, ὄψει videbis, ἔει, et facta crasi εἶ es. In modo Subjunctivo pro εσαι est ησαι, quæ eodem pacto vertitur in ηαι, deinde in ῃ.

Secunda persona singularis Præteriti imperfecti modi Indicativi et Imperativi proprie est τύπτεσο, deinde Ionice τύπτεο, Attice et communiter τύπτου. Eadem vero persona Aoristi modi Indicativi est ἐτύψασο, Ionice ἐτύψαο, Attice et communiter ἐτύψω. In modo Optativo τύπτοιο, τύψοιο et τύψαιο Ionica sunt pro τύπτοισο, τύψοισο et τύψαισο.

Præteritum imperfectum.

Præteritum imperfectum formatur a præsenti, mutando μαι in μην, et præponendo augmentum, vel a præterito imperfecto activo, mutando ον in ομην, ut ἔτιον, ἐτιόμην.

Eadem est ratio augmentorum in verbis passivis, quæ in activis, non solum in Barytonis, sed etiam in Circumflexis, et in verbis in μι.

De Aoristis et Futuris passivis.

Grammatici vulgo statuunt, aoristum secundum formæ passivæ deduci ab aoristo secundo activo; sed quemadmodum in verbo activo ostensum jam a nobis est, aoristum secundum activum esse veri nominis imperfectum ortum ex antiquo et obsoleto plerumque præsenti; ita certum habemus tam aoristum secundum, quam primum esse veri nominis tempora imperfecta a verbis obsoletis τύπημι *et* τύφθημι *deducta, ac propterea conjugandos esse ad normam præteriti imperfecti verborum in* μι, *ut, quemadmodum a* τίθημι *fit imperfectum* ἐτίθην, *ita a* τύπυμι *fiat* ἐτύπην, *a* τύφθημι *vero* ἐτύφθην. *Hi aoristi licet gaudeant forma activa, et plerumque etiam activa significatione, tamen aliquando passive usurpantur: hinc factum est, ut ad verba passiva, licet passivam terminationem non habeant, a grammaticis amandati fuerint.*

Tria vero futura passiva, quæ vulgo futurum primum et secundum et paulo post futurum appellantur, nihil inter se significatione differunt, sed sunt tempora futura formæ et significationis passivæ, quæ oriuntur ex verbis obsoletis τυφθέω, τυπέω *et* τετύψω; *ita ut futurum, passim a grammaticis primum appellatum, sit a* τυφθέω, *fut. activum* τυφθήσω, *passivum* τυφθήσομαι; *secundum vero a* τυπέω, *fut. activum* τυπήσω, *passivum* τυπήσομαι, *et paulo-post futurum ortum habuerit a verbo Ionice reduplicato* τετύπω, *ex quo futurum activum* τετύψω, *unde passivum* τετύψομαι. *Quoad flexionem vero per personas et numeros, eadem est in his futuris ac in præsenti in omnibus modis.*

Huc tamen retrahendus est ille aoristus, qui communiter secundus formæ mediæ dicitur, qui formatur ab aoristo secundo, sive potius ab antiquo præterito imperfecto activo, mutando scilicet ον *in* ομην, *ut ab* ἔτυπον ἐτυπόμην.

Huc etiam retrahendum est futurum vulgo appellatum secundum formæ mediæ, quod formatur a futuro activo, et communiter futurum secundum appellatur, mutando ῶ *in* οῦμαι, *ut* τυπῶ, τυποῦμαι.

Exceptio. Ἔδομαι, πίομαι, φάγομαι pro ἐδοῦμαι, πιοῦ-

μαι, φαγοῦμαι, *ab* ἔδω *edo*, πίω *bibo*, φάγω *edo*, *et poetica illa* βείομαι *pro* βιοῦμαι *vivam*, νέομαι, *et per crasin* νεῦμαι *pro* νεοῦμαι *ibo*.

Futurum.

Formatur a futuro activo vertendo ω in ομαι: ut τίσω, τίσομαι.

Observationes. *Hujusmodi futurum plerique grammatici vocarunt futurum medium, quia aliquando verbi medii significationem habet: sed quum sæpissime passive usurpetur, quemadmodum in præfatione demonstravimus, quumque præterea passivam semper habeat terminationem, necessarium esse duximus, huc illud retrahere.*

Verba, quorum characteristica est littera liquida, quæque ideo in futuro activo desinunt in ῶ *circumflexo, ut in futuro passivo desinunt in* οῦμαι; στέλλω *mitto*, στελῶ, στελοῦμαι. *Idem dicendum de futuro Attico:* ὑβρίζω *contumelia afficio*, ὑβριῶ, ὑβριοῦμαι.

Aoristus.

Formatur ab aoristo activo, vertendo α in άμην, ut ἔτισα, ἐτισάμην.

Observatio. *Etiam hic aoristus vocatur a grammaticis aoristus primus medius, quod aliquando verbi medii significationem induat: nos vero iisdem de causis, quibus futurum primum medium formæ passivæ tribuimus, hunc etiam aoristum eidem formæ adjudicamus*.

Præteritum perfectum.

Formatur a præterito perfecto activo, mutando κα in μαι: ut τέτικα, τέτιμαι.

Observationes. Si fuerit in φα puram, passivum erit in μμαι; ut τέτυφα, τέτυμμαι: si in φα impurum, erit in μαι; ut τέτερφα, τέτερμαι.

Si fuerit in χα, passivum erit in γμαι, ut λέλεχα, λέλεγμαι.

Si fuerit in κα, sed a præsenti in δω, τω, θω, ζω, σσω vel ττω, aut a præsenti in ω purum cum pænultima præteriti activi brevi, ante μαι assumunt σ: ut

ἐρείδω	fulcio,	ἤρεικα	ἤρεισμαι
ἀρύτω	haurio	ἤρυκα	ἤρυσμαι
πείζω	suadeo,	πέπεικα	πέπεισμαι
κομίζω	porto,	κεκόμικα	κεκόμισμαι

πλάσσω, πλάττω } fingo, πέπλακα πέπλασμαι

τελέω perficio, τετέλεκα τετέλεσμαι

Excipiuntur quædam præterita, quæ licet habeant pænultimam longam, adsciscunt σ: ut ἤκουσμαι, ab ἀκούω, audio, κέκλεισμαι a κλείω claudo, ἔγνωσμαι a γνόω cognosco, κεκέλευσμαι a κελεύω jubeo, aliaque permulta.

Excipiuntur etiam quædam alia, quæ, etiamsi habeant pænultimam brevem, non admittunt σ; ut ἤρομαι ab ἀρόω aro, δέδεμαι a δέω ligo: a quo tamen verbale δεσμὸς vinculum.

Verba quæ in præterito activo verterant κ in γ, revocant illud in præterito passivo, sed ante μαι propter euphoniam mutant in μ, Attice vero in σ: ut φαίνω, πέφαγκα, πέφαμμαι, Attice πέφασμαι.

Quædam ex ευ pænultima præteriti activi abjiciunt ε in pænultima præteriti passivi; ut φεύγω fugio, πέφευχα, πέφυγμαι; τεύχω fabricor, τέτευχα, τέτυγμαι.

Disyllaba, quæ mutant in perfecto activo ε in ο, illud repetunt in præterito passivo, ut πέμπω mitto, πέπομφα, πέπεμμαι; κλέπτω furor, κέκλοφα, κέκλεμμαι.

Quæ habent μ ita implicitum cum aliqua consonante, ut ex iis una syllaba efficiatur, mutant ε in α; ut στρέφω verto, ἔστροφα, ἔστραμμαι, sed βρέχω rigo, βέβρεχα, βέβρεγμαι.

De terminatione personarum Præteriti perfecti.

In	Singulari	Duali	Plurali
	μαι, σαι, ται,	μεθον, σθον, σθον,	μεθα, σθε, νται.

Observationes. Secunda persona singularis desinit in ψαι, si verbum habeat characteristicam litteram labialem, ut τέτυψαι pro τέτυπσαι; in ξαι, si habeat palatinam, ut λέλεξαι pro λέλεγσαι.

Secunda et tertia persona dualis, et secunda pluralis desinunt in θον, sine σ præcedente, si tertia singularis ante ται habeat litteram π, vel κ, vel aliquam ex liquidis, et mutant tenues in suas aspiratas: ut a τέτυπται, λέλεκται, ἔσταλται fiunt τέτυφθον, τέτυφθε; λέλεχθον, λέλεχθε; ἔσταλθον, ἔσταλθε.

Tertia pluralis formatur a tertia singulari, posita

ν ante ται purum; ut a νενέμηται νενέμηνται, a κέκριται κέκρινται.

Si vero ται non fuerit purum, tunc tertiam pluralem circumloquimur per participium præteriti temporis, et verbum substantivum εἰσὶ sunt, ut a τέτυπται τετυμμένοι εἰσὶ; a λέλεκται λελεγμένοι εἰσὶ.

Iones et aliquando etiam Attici formant tertiam pluralem a tertia singulari interserendo α ante ται, ut ἔψαλται, εψάλαται. Si vero ται purum sit, præcedens diphthongus, vel vocalis, si longa sit, corripitur, ut:

τέθειται τεθέαται a θέω pono.

δεδήλωται δεδηλόαται a δηλόω ostendo.

πεποίηται πεποιέαται a ποιέω facio.

Verum si tenuis præcedat, vertitur in suam aspiratam, ut τέτυπται, τετύφαται; λέλεκται, λελέχαται. Si præcedat σ, in verbis, quæ habent litteras τ, δ, θ, ζ, abjiciunt σ, et assumunt litteram characteristicam præsentis: ut ηνυσται, ηνύταται ab ανύτω perficio; ἧσται, ἥδαται ab ᾄδω cano; πέπεισται, πεπείθαται a πείθω persuadeo; πέφρασται, πεφράδαται a φράζω dico, quod tamen olim scribebatur φράδω, deinde φράδσω, tandem Dorice φράζω.

Præteritum plusquam-perfectum.

Formatur a præterito perfecto, mutando μαι in μην, et præfigendo ε, si præteritum incipiat a consonante; ut τέτιμαι, ετετίμην.

Observationes. De secunda et tertia persona duali, et secunda plurali eadem servantur, quæ de perfecto præcipimus. Tertia pluralis desinit in ντο, si tertia singularis exeat in το purum; si desinat in το impurum, circumloquimur per participium præteriti, et verbum substantivum ἦσαν erant: ut ετέτυπτο, τετυμμένοι ἦσαν.

MODI RELIQUI formantur ab Indicativo, et tempora a suis temporibus.

AORISTUS retinet α in omnibus modis, præterquam in Subjunctivo: ετυψάμην, τύψαι, τυψαίμην, τύψασθαι, τυψάμενος.

PERFECTUM IMPERATIVI format secundam personam a secunda præt. plusquam-perf. Indicat.; ut ετέτυψο, τέτυψο. Format tertiam a tertia ejusdem, migrante το in θω; ut ἔψαλτο, εψάλθω. Quod si præ-

cesserit tenuis, mutatur in suam aspiratam, ut ἐτέτυπτο, τετύφθω. Si autem ante το fuerit vocalis, assumitur σ: ut ἐκέκοιτο, κεκρίσθω.

OPTATIVUS, ubi facta est circumloquutio in tertia præteriti Indicativi, circumloquitur præteritum per participium, et verbum substantivum: sin autem non adhibenda sit circumloquutio, tunc servandæ sunt regulæ sequentes.

Si ante μαι primæ personæ præteriti passivi fuerit η, convertitur in ῃ; ut a νενέμημαι, quod a νέμω, distribuo,

S.	νενεμῄμην	νενεμῆσο-ῇο	νενεμῇτο.
D.	νενεμῄμεθον	νενεμῇσθον	νενεμῄσθην.
P.	νενεμῄμεθα	νενεμῇσθε	νενεμῇντο.

υ in υι: ut a τέθυμαι, quod a θύνω, festino,

S.	τεθυίμην	τεθυῖσο-υῖο	τεθυῖτο.
D.	τεθυίμεθον	τεθυῖσθον	τεθυίσθην.
P.	τεθυίμεθα	τεθυῖσθε	τεθυῖντο.

α in αι: ut ab ἔκταμαι, quod a κτείνω, occido,

S.	ἐκταίμην	ἐκταῖσο-αῖο	ἐκταῖτο.
D.	ἐκταίμεθον	ἐκταῖσθον	ἐκταίσθην.
P.	ἐκταίμεθα	ἐκταῖσθε	ἐκταῖντο.

ι manet integrum, sed tamen longum hic, etiamsi breve fuerit in præterito Indicativi: ut a κέκριμαι, quod κρίνω, judico,

S.	κεκρίμην	κεκρῖσο-ῖο	κεκρῖτο.
D.	κεκρίμεθον	κεκρῖσθον	κεκρίσθην.
P.	κεκρίμεθα	κεκρῖσθε	κεκρῖντο.

Si ante μαι sit diphthongus, cujus subjunctiva sit υ, tunc circumloquutione opus est, ut a πέπαυμαι, quod a παύω, finio,

S.	πεπαυμένος	εἴην	εἴης	εἴη.
D.	πεπαυμένω		εἴητον	εἰήτην.
P.	πεπαυμένοι	εἴημεν	εἴητε	εἴησαν.

Eodem modo a τετόξευμαι, quod a τοξεύω, jaculor, τετοξευμένος εἴην.

Aliqui eamdem circumloquutionem adhibent, quum præteritum habet υ: ut a λέλυμαι, λελυμένος εἴην, sed alii non admittunt, formantes λελυίμην, λελῦῖσο-υῖο, λελυῖτο; vel etiam, quod apud Homerum, λελύμην, λελῦσο-ῦο, λελῦτο.

SUBJUNCTIVUS adhibet in præterito circumloquutionem, quoties adhibuit Optativus, per participium præteriti temporis, et verbum substantivum: ut

S.	τετυμμένος	ὦ	ᾖς	ᾖ.
D.	τετυμμένω		ἦτον	ἦτον.
P.	τετυμμένοι	ὦμεν	ἦτε	ὦσι.

Ubi non adhibenda sit circumloquutio, ex omnibus vocalibus ante *μαι* primæ personæ præteriti Indicativi fit *ω*: ut a *νενέμημαι*

S:	νενεμῶμαι	νενεμῆσαι ῆαι-ῇ	νενεμῆται.
D.	νενεμώμεθον	νενεμῆσθον	νενεμῆσθον.
P.	νενεμώμεθα	νενεμῆσθε	νενεμῶνται.

Id quod etiam fit in verbis circumflexis, et in verbis in μι; ut a πεποίημαι πεποιῶμαι, a μέμνημαι, μεμνῶμαι: a κεχρύσωμαι κεχρυσῶμαι: a τέθειμαι τεθῶμαι: ut apparebit loco suo.

Aliqui tamen velle videntur, omnia verba Barytona in Optativo et Subjunctivo circumloquenda esse per participium et verbum substantivum.

INFINITIVUS format præteritum a secunda plurali perfecti Indicativi, vertendo *ε* in *αι*, et pænultimam acuendo; ut a *τέτυφθε τετύφθαι*.

PARTICIPIUM acuit pænultimam in præterito; ut *τετυμμένος*: antepænultimam in reliquis temporibus, *τυπτόμενος*: etc.

De Voce media Verborum.

Vera verbi medii significatio diu ignota fuit eruditis, qui in eo tantum putarunt sitam esse hujus verbi vim, ut alia tempora active, alia passive usurparentur, imo eadem aliquando tempora modo activa, modo passiva significatione gauderent. Omnium primus Kusterus aliique postea permulti rem acu tetigerunt, statuentes hujus verbi medii usum non solum consistere in simplici vel activa, vel passiva significatione, sed in vi quadam, quæ inter utramque media esset, sive quæ simul active, simul passive esset intelligenda, quæque adeo reciproca appellari possit, per quam nimirum ipsi a nobis aliquid pati intelligimur, vel etiam ab altero, jussu tamen nostro ac voluntate vel permis-

sione: ita ποιεῖν λόγον τινὶ activa significatione notat; *sermonem alicui facere*, sive elegantius *facere copiam dicendi alicui*: ποιεῖσθαι vero λόγον significat, *sibi ipsi sermonem facere*, vel, quod Latini fere dicunt, *verba facere*, *orationem habere*. Alterius significationis mediæ exemplum præbet verbum κείρειν, quod est tonsoris, qui aliquem tondet: medium vero κείρασθαι proprie significaret *tondere se*, sed plerumque sumitur pro *se tondendum præbere alteri*. Hæc autem quoad significationem; quoad vero formationem, eam convenire cum verbo activo in præterito perfecto et plusquam-perfecto: cum passivo in aliis temporibus cuilibet videre est. Ne vero hæc nova temporum partitio negotium facessat iis, qui linguæ græcæ rudimentis veteri more instituti sunt, sequentes Tabulas ita disposuimus, ut ex tum veterem, tum novam temporum divisionem simul legentium oculis repræsentent.

Temporum nomina vetera	Temporum nomina recentia		Indicativus	Imperativ.
Præsens.	Præsens.	τί -	S. ω εις ει D. ετον ετον P. ομεν ετε ουσι	ε έτω ετον έτων ετε έτωσαν
Imperf.	Imperf.	έτι -	S. ον ες ε D. ετον έτην P ομεν ετε ον	
Aorist. 2.	Imp. vet.	έτι -	S. ον ες ε D. ετον έτην P. ομεν ετε ον	ε έτω ετον έτων ετε έτωσαν
Futur. 2.	Fut. vet.	τι -	S. ῶ εῖς εῖ D. εῖτον εῖτον P οῦμεν εῖτε οῦσι	
Futur. 1.	Futur.	τίσ -	S. ω εις ει D. ετον ετον P ομεν ετε ουσι	
Aorist. 1.	Aorist.	έτισ-	S. α ας ε D. ατον άτην P αμεν ατε αν	ον άτω ατον άτων ατε άτωσαν
Præter.	Præter.	τέτικ -	S. α ας ε D. ατον ατον P. αμεν ατε ασι	ε έτω ετον έτων ετε έτωσαν
Pl. Perf.	Pl. Perf.	ετετίκ	S. ειν εις ει D. ειτον είτην P. ειμεν ειτε εισαν	
Præ. med.	Præt. Ion.	τέτι-	S. α ας ε D. ατον ατον P. αμεν ατε ασι	ε έτω ετον έτων ετε έτωσαν
Pl. Perf. med.	Pl. Perf. Ion.	ετετί-	S. ειν εις ει D. ειτον είτην P. ειμεν ειτε εισαν	

Optativus.	Subjunctivus	Participium	Infinitiv.
οιμι οις οι οιτον οίτην οιμεν οιτε οιεν	ω ῃς ῃ ητον ητον ωμεν ητε ωσι	M. ων οντος F. ουσα ούσης N. ον οντος	ειν
οιμι οις οι οιτον οίτην οιμεν οιτε οιεν	ω ῃς ῃ ητον ητον ωμεν ητε ωσι	M. ὼν όντος F. οῦσα ούσης N. ὸν όντος	εῖν
οῖμι οῖς οῖ οῖτον οίτην οῖμεν οῖτε οῖεν		M. ῶν οῦντος F. οῦσα ούσης N. οῦν οῦντος	εῖν
οιμι οις οι οιτον οίτην οιμεν οιτε οιεν		M. ων οντος F. ουσα ούσης N. ον οντος	ειν
αιμι αις αι αιτον αίτην αιμεν αιτε αιεν	ω ῃς ῃ ητον ητον ωμεν ητε ωσι	M. ας αντος F. ασα άσης N. αν αντος	αι
οιμι οις οι οιτον οίτην οιμεν οιτε οιεν	ω ῃς ῃ ητον ητον ωμεν ητε ωσι	M. ὼς ότος F. υῖα υίας N. ὸς ότος	έναι
οιμι οις οι οιτον οίτην οιμεν οιτε οιεν	ω ῃς ῃ ητον ητον ωμεν ητε ωσι	M. ὼς ότος F. υῖα υίας N. ὸς ότος	έναι.

TABULA Conjugationis vocis

Temporum nomina: vetera	Temporum nomina: recentia	Indicativus		Imperativus
Præsens.	Præsens.	τί -	ομαι εσαι-ῃ εται όμεθον εσθον εσθον όμεθα εσθε ονται	εσο-ου έσθω εσθον έσθων εσθε έσθωσαν
Imperf.	Imperf.	ετι -	όμην εσο-ου ετο όμεθον εσθον έσθην όμεθα εσθε οντο	
Aorist. 2 med.	Imp. vet.	ετι -	όμην εσο-ου ετο όμεθον εσθον έσθην όμεθα εσθε οντο	εσο-ού έσθω εσθον έσθων εσθε έσθωσαν
Futur. 2. med.	Fut. vet.	τι -	ούμαι εῖσαι-ῆ εῖται ούμεθον εῖσθον εῖσθον ούμεθα εῖσθε οῦνται	
Futur. 1. med.	Futur.	τίσ -	ομαι εσαι-ῃ έται όμεθον εσθον εσθον όμεθα εσθε ονται	
Aorist. 1 med.	Aorist.	ετισ -	άμην ασο-ω ατο άμεθον ασθον άσθην άμεθα ασθε αντο	αι άσθω ασθον άσθων ασθε άσθωσαν
Præter.	Præter.	τέτι -	μαι σαι ται μεθον σθον σθον μεθα σθε νται	σο σθω σθον σθων σθε σθωσαν
Pl. perf.	Pl. perf.	ετετί	μην σο το μεθον σθον σθην μεθα σθε ντο	
F. 2. pass. F. 1 pass P. post F	Futura ex formis obsoletis	τινήσ τιθήσ τετίσ	ομαι εσαι-ῃ εται όμεθον εσθον εσθον όμεθα εσθε ονται	
A. 2. pass. A. 1. pass	Imperf. ex verbis in μι	ετί ετίθ-	ην ης η ητον ήτην ημεν ητε ησαν	ηθι-ητι ήτω ητον ήτων ητε ήτωσαν

Optativus	Subjunctivus	Participium	Infinitivum.
μην οιο οιτο μεθον οισθον οίσθην μεθα οισθε οιντο	ωμαι ησαι-ῃ ηται ώμεθον ησθον ησθον ώμεθα ησθε ωνται	M ὁμενος ομενου F. ομένη ομένης N ὁμενον ομένου	εσθαι
μην οιο οιτο μεθον οισθον οίσθην μεθα οισθε οιντο	ωμαι ησαι-ῃ ηται ώμεθον ησθον ησθον ωμεθα ησθε ωνται		έσθαι
μην οῖο οῖτο μεθον οῖσθον οίσθην μεθα οῖσθε οῖντο		M. ούμενος ουμένου F. ουμένη ουμένης N. ουμενον ουμένου	εῖσθαι
μην οιο οιτο μεθον οισθον οίσθην μεθα οισθε οιντο		M ὁμενος ομένου F. ομένη ομενης N ὁμενον ομένου	εσθαι
μην αιο αιτο μεθον αισθον αίσθην μεθα αισθε αιντο	ωμαι ησαι-ῃ ηται ώμεθον ησθον ησθον ωμεθα ησθε ωνται	M. άμενος αμένου F. αμένη αμένης N. άμενον αμενου	ασθαι
(1) ο το θον σθον σθην θα σθε ντο	ῶμαι(1) ῆσαι ῇ ῆται ώμεθον ῆσθον ῆσθον ώμεθα ῆσθε ῶνται	M μένος μένου F. μένη μένης N μένον μένου	σθαι
μην οιο οιτο μεθον οισθὸν οίσθην μεθα οισθε οιντο		M. ὁμενος ομένου F. ομένη ομένης N ὁμενον ομένου	εσθαι
ν εἴης εἴη εἴητον εἰήτην μεν εἴητε εἴησαν	ὦ ῇς ῇ ἦτον ἦτον ὦμεν ἦτε ὦσι	M. εἰς ἔντος F εἶσα εἴσης N ὲν ἔντος	ἦναι

(1) Hæc tempora τετίμην, τετῶμαι raro usurpantur, sed plerumque circumenda sunt per participium et verbum substantivum εἰμὶ, ut τετιμένος εἴην, μένος ὦ.

Exempla Verborum Barytonorum.

π { βλέπω, *adspicio.* / λείπω, *relinquo.* / λέπω, *decortico.* }

β { θλίβω, *premo.* / φέρβω, *pasco.* / ῥέμβω, *in gyrum ago.* }

φ { στρέφω, *verto.* / γλύφω, *fodio.* / ερέφω, *tego.* }

πτ { κλέπτω, *furor.* / θώπτω, *adsentor.* / καλύπτω, *operio.* }

κ { τήκω, *liquefacio.* / διώκω, *persequor.* / ερείκω, *frango.* }

γ { οἴγω, *aperio.* / ορέγω, *porrigo.* }

χ { τεύχω, *struo.* / ελέγχω, *arguo.* / ῥώχω, *dentibus fremo.* }

δ { δείδω, *timeo.* / αείδω, *cano.* / ερείδω, *figo.* }

θ { κεύθω, *abscondo.* / λήθω, *celo.* / αἴθω, *uro.* }

σσ { αμύσσω, *Att.* ττω, *lacero.* / φράσσω, *Att.* ττω, *munio.* / χαράσσω, *Att.* ττω, *sculpo.* }

ζ { ῥαβδίζω, *virgis cædo.* / αυγάζω, *illucesco.* / θεριζω, *meto.* }

λ { θάλλω, *vireo.* / αγγέλλω, *nuncio.* }

μ { βρέμω, *fremo.* / δέμω, *ædifico.* }

ν { ῥαίνω, *perfundo.* / τείνω, *tendo.* }

ρ { τείρω, *vexo.* / θέρω, *calefacio.* }

ω purum { κωλύω, *probibeo.* / χλίω, *deliciis frango.* / αφύω, *baurio.* }

De Conjugationibus Circumflexorum.

Ea verba, quæ ante ω præsentis habent α, ε, ο, vocantur circumflexa, quia duabus syllabis in unam contractis, accentum habent circumflexum in ultima syllaba præsentis. Quæ vero ante ω præsentis habent ι vel , υ vel ω, aut diphthongum, contrahi nequeunt.

Hinc apparet, tres tantum esse circumflexorum conjugationes, nimirum

Prima in άω	fut. in	ήσω	præter. in	ηκα
Secunda in έω		ήσω		ηκα
Tertia in όω		ώσω		ωκα

Exceptiones I. conjugationis. Verba, quæ habent , vel ι ante άω: ut εάω permitto, κοτιάω laboro; item trisyllaba, quæ habent λ, vel ρ, quandoque etiam μ. t ι, ante άω, modo immediate præcedat vocalis, non consonans: ut γελάω rideo, περάω transeo, κρεμάω suspendo, πεινάω esurio; et disyllaba, quæ habent λ, vel , quandoque etiam π et θ, ante άω, ut θλάω tundo, ράω facio, σπάω traho, φθάω occupo, formant futurum in άσω, et præteritum in ακα.

Quædam etiam utramque habent terminationem: ut πειράω conor, πειρήσω et πειράσω.

2. Conj. Quædam verba formant futurum in ησω et εσω, et præteritum in ηκα et εκα: ut καλέω voco, αἰνέω laudo, κορέω satio etc.

Quædam habent tantummodo futurum in εσω, et præteritum in εκα: ut τελέω perficio, αρκέω propulso, etc.

Disyllaba formant futurum in εύσω: scilicet χέω fundo, ρέω, fluo, πνέω flo, πλέω navigo: quamquam hæc futura rectius ab inusitatis præsentibus in εύω derivantur. Excipiuntur tamen δέω, δήσω ligo; τρέω, τρέσω tremo; et ζέω, ζέσω ferveo.

3. Conj. Verba quæ non derivantur a nomine, formant futurum in όσω: ut αρόω, aro, αρόσω; ονόω vitupero, ονόσω. Att. δόω, do, δώσω.

Ratio contrahendi in prima conjugatione.

1. Si ο, ω, οι et ου sequuntur α, fit contractio in ω.
2. Si quævis alia vocalis, aut diphthongus sequitur α, fit contractio in α.
3. Sicubi reperitur ι, subscribitur; υ vero abjicitur.

Attici contrahunt άεις *in* ῆς, άει *in* ῇ, *et* άειν *in* ῆν *in bis quatuor*, ζῶ, ζῇς, ζῇ, ζῆν *vivo:* πεινῶ, νῇς, νῇ, νῆν *esurio:* διψῶ, ῇς, ῇ, ῆν *sitio;* χρῶμαι, χρῇ, χρῆται, χρῆσθαι, *utor.*

Dores adhibent hanc contractionem άει *in* ῇ *ubique. Aeoles vertunt in Infinitivo* ᾶν *in* αῖς; *ut* γελαῖς *pro* γελᾶν.

Iones post factam contractionem in ω, *præponunt* ε: *ut* μνεώμενος *pro* μνώμενος *memorans. Poetæ præponunt* ο, *si præcedens syllaba sit brevis: ut* καρηκομόωντες *pro* καρηκομῶντες *caput comatum habentes; si autem sit longa, præponunt* ω; *ut* πειρώωντες *pro* πειρῶντες *tentantes. Aliquando postponunt* ο: *ut* μνώομαι *pro* μνῶμαι *recordor. Nonnunquam geminant* α; *ut* ἐλάαν *pro* ἐλᾶν *incitare*, τιμάασθαι *pro* τιμᾶσθαι *honorari.*

In secunda conjugatione.

1. εε contrahitur in ει, et εο in ου.
2. Si vocalis longa, aut diphthongus sequitur ε, fit contractio tollendo ε.

In tertia conjugatione.

1. Si post ο sequitur ω, vel η, fit contractio in ω.
2. Si post ο sequitur ε, vel ο, vel ου, fit contractio in ου.
3. Si post ο sequitur quævis alia vocalis, aut diphthongus, fit contractio in οι; nisi in Infinitivo, qui contrahitur in οῦν.

Observationes generales.

Circumflexa inflectuntur, formantur et augentur prorsus ut verba Barytona, nisi quod hic duo tempora præsens videlicet, et præteritum imperf., contrahi possunt in omnibus personis, per omnes modos et participia.

Horum verborum forma simplex, seu non contracta usitatior est Ionibus: Atticis vero, et reliquis fere Græcis forma contracta.

In disyllabis secundæ conjugationis, prima singularis, prima quoque et tertia pluralis non contrahuntur: ut πλέω, πλέομεν, πλέουσι, non πλῶ, πλοῦμεν, πλοῦσι, uti nec in Optativo, nec Subjunctivo. Contrahitur tamen præsens Infinitivi, ut πλέειν, πλεῖν. Reperitur et participii præsens πλῶν, pro quo melius πλέων.

In modo Optativo formæ activæ Attici et Aeoles aliter inflectunt præsens et præteritum imperf., quam peculiarem inflexionem hic subjiciendam esse duximus.

Optativi activi præsens et imperfectum.

Attice.

in 1.ª conjugatione	τιμῴην	τιμῴης	τιμῴη.
		τιμῴητον	τιμῳήτην.
	τιμῴημεν	τιμῴητε	τιμῴησαν.
in 2.ª	φιλοίην	φιλοίης	φιλοίη.
		φιλοίητον	φιλοιήτην.
	φιλοίημεν	φιλοίητε	φιλοίησαν.
in 3.ª	χρυσοίην	χρυσοίης	χρυσοίη.
		χρυσοίητον	χρυσοιήτην.
	χρυσοίημεν	χρυσοίητε	χρυσοίησαν.

Æolice.

in 2.ª	φιλῴην	φιλῴης	φιλῴη.
		φιλῴητον	φιλῳήτην.
	φιλῴημεν	φιλῴητε	φιλῴησαν.
in 3.ª	χρυσῴην	χρυσῴης	χρυσῴη.
		χρυσῴητον	χρυσῳήτην.
	χρυσῴημεν	χρυσῴητε	χρυσῴησαν.

TABULA *trium Conjugationu*
vocis

		Indicativus			Imperat.	
I.	Præs. Τιμ-	άω	άεις	άει	αε	αέτω
		ῶ	ᾷς	ᾷ	α	άτω
			άετον	άετον	άετον	αέτων
			ᾶτον	ᾶτον	ᾶτον	άτων
		άομεν	άετε	άουσι	άετε	αέτωσ
		ῶμεν	ᾶτε	ῶσι	ᾶτε	ατωσ
	Imp. Ε-τίμ-	αον	αες	αε		
		ων	ας	α		
			άετον	αέτην		
			ᾶτον	άτην		
		άομεν	άετε	αον		
		ῶμεν	ᾶτε	ων		
II.	Præs. Φιλ-	έω	έεις	έει	εε	εέτω
		ῶ	εῖς	εῖ	ει	είτω
			έετον	έετον	έετον	εέτων
			εῖτον	εῖτον	εῖτον	είτων
		έομεν	έετε	έουσι	έετε	εέτωσα
		οῦμεν	εῖτε	οῦσι	εῖτε	είτωσα
	Imp. Ε-φίλ-	εον	εες	εε		
		ουν	εις	ει		
			έετον	εέτην		
			εῖτον	είτην		
		έομεν	έετε	εον		
		οῦμεν	εῖτε	ουν		
III.	Præs. Χρυσ-	όω	όεις	όει	οε	εέτω
		ῶ	οῖς	οῖ	ου	ούτω
			όετον	όετον	όετον	οέτων
			οῦτον	οῦτον	οῦτον	ούτων
		όομεν	όετε	όουσι	όετε	οέτωσα
		οῦμεν	οῦτε	οῦσι	οῦτε	ούτωσ
	Im. Ε-χρύσ-	οον	οες	οε		
		ουν	ους	ου		
			όετον	οέτην		
			οῦτον	ούτην		
		όομεν	όετε	οον		
		οῦμεν	οῦτε	ουν		

Verborum Circumflexorum
activæ

Optativus			Subjunctivus			Particip.		Inf.
ἀοιμι	ἀοις	ἀοι	ἀω	ἀῃς	ἀῃ	ἀων	ἀοντος	
ῷμι	ῷς	ῷ	ῶ	ᾷς	ᾷ	ῶν	ῶντος	
	ἀοιτον	ἀοίτην		ἀητον	ἀητον	ἀουσα	ἀούσης	ἀειν
	ῷτον	ῴτην		ᾶτον	ᾶτον	ῶσα	ώσης	ᾷν
ἀοιμεν	ἀοιτε	ἀοιεν	ἀωμεν	ἀητε	ἀωσι	ἀον	ἀοντος	
ῷμεν	ῷτε	ῷεν	ῶμεν	ᾶτε	ῶσι	ῶν	ῶντος	
έοιμι	έοις	έοι	έω	έῃς	εῃ	έων	έοντος	
οῖμι	οῖς	οῖ	ῶ	ῇς	ῇ	ῶν	οῦντος	
	έοιτον	εοίτην		έητον	έητον	έουσα	εούσης	έειν
	οῖτον	οίτην		ῆτον	ῆτον	ουσα	ούσης	εῖν
εοιμεν	έοιτε	έοιεν	έωμεν	έητε	έωσι	έον	έοντος	
οῖμεν	οῖτε	οῖεν	ῶμεν	ῆτε	ῶσι	οῦν	οῦντος	
όοιμι	όοις	όοι	όω	όῃς	όῃ	όων	όοντος	
οῖμι	οῖς	οῖ	ῶ	οῖς	οῖ	ων	οῦντος	
	όοιτον	οοίτην		όητον	όητον	όουσα	οούσης	όειν
	οῖτον	οίτην		ῶτον	ῶτον	οῦσα	ούσης	οῦν
όοιμεν	όοιτε	όοιεν	όωμεν	όητε	όωσι	όον	όοντος	
οῖμεν	οῖτε	οῖεν	ῶμεν	ῶτε	ῶσι	οῦν	οῦντος	

TABULA trium Conjugationum
vocis

		INDICATIVUS			IMPERAT.	
I.	Præs. Τιμ-	άομαι	άῃ	άεται	άου	αέσθω
		ῶμαι	ᾷ	ᾶται	ῶ	άσθω
		αόμεθον	άεσθον	άεσθον	άεσθον	αέσθων
		ώμεθον	ᾶσθον	ᾶσθον	ᾶσθον	άσθων
		αόμεθα	άεσθε	άονται	άεσθε	αέσθωσαν
		ώμεθα	ᾶσθε	ῶνται	ᾶσθε	άσθωσαν
	Imp: Ε-τιμ	αόμην	άου	άετο		
		ώμην	ῶ	ᾶτο		
		αόμεθον	άεσθον	αέσθην		
		ώμεθον	ᾶσθον	άσθην		
		αόμεθα	άεσθε	άοντο		
		ώμεθα	ᾶσθε	ῶντο		
II.	Præs. Φιλ-	έομαι	έῃ	έεται	έου	εέσθω
		οῦμαι	ῇ	εῖται	οῦ	είσθω
		εόμεθον	έεσθον	έεσθον	έεσθον	εέσθων
		ούμεθον	εῖσθον	εῖσθον	εῖσθον	είσθων
		εόμεθα	έεσθε	έονται	έεσθε	εέσθωσαν
		ούμεθα	εῖσθε	οῦνται	εῖσθε	είσθωσαν
	Imp. Ε φιλ	εόμην	έου	έετο		
		ούμην	οῦ	εῖτο		
		εόμεθον	έεσθον	εέσθην		
		ούμεθον	εῖσθον	είσθην		
		εόμεθα	έεσθε	έοντο		
		ούμεθα	εῖσθε	οῦντο		
III.	Præs. Χρυσ-	όομαι	όῃ	όεται	όου	οέσθω
		οῦμαι	οῖ	οῦται	οῦ	ούσθω
		οόμεθον	όεσθον	όεσθον	όεσθον	οέσθων
		ούμεθον	οῦσθον	οῦσθον	οῦσθον	ούσθων
		οόμεθα	όεσθε	όονται	όεσθε	οέσθωσαν
		ούμεθα	οῦσθε	οῦνται	οῦσθε	ούσθωσαν
	Imp. Ε-χρυσ	οόμην	όου	όετο		
		ούμην	οῦ	οῦτο		
		οόμεθον	όεσθον	οέσθην		
		ούμεθον	οῦσθον	ούσθην		
		οόμεθα	όεσθε	όοντο		
		ούμεθα	οῦσθε	οῦντο		

passivæ

Optativus			Subjunctivus			Particip		Inf.
ίμην	άοιο	άοιτο	άωμαι	άῃ	ἄηται	αόμενος	αομένου	
ῴμην	ῷο	ῷτο	ῶμαι	ᾷ	ᾶται	ώμενος	ωμένου	
ιμεθον	άοισθον	αοίσθην	αώμεθον	άησθον	άησθον	αομένη	αομένης	άεσθα
μεθον	ῷσθον	ῴσθην	ώμεθον	ᾶσθον	ᾶσθον	ωμένη	ωμένης	ᾶσθαι
μεθα	άοισθε	άοιντο	αώμεθα	άησθε	άωνται	αόμενον	αομένου	
μεθα	ῷσθε	ῷντο	ώμεθα	ᾶσθε	ῶνται	ώμενον	ωμένου	
μην	έοιο	έοιτο	έωμαι	έῃ	έηται	εόμενος	εομένου	
μην	οῖο	οῖτο	ῶμαι	ῇ	ῆται	ούμενος	ουμένου	
μεθον	έοισθον	εοίσθην	εώμεθον	έησθον	έησθον	εομένη	εομένης	έεσθα
μεθον	οῖσθον	οίσθην	ώμεθον	ῆσθον	ῆσθον	ουμένη	ουμένης	εῖσθα
μεθα	έοισθε	έοιντο	εώμεθα	έησθε	έωνται	εόμενον	εομένου	
μεθα	οῖσθε	οῖντο	ώμεθα	ῆσθε	ῶνται	ούμενον	ουμένου	
μην	όοιο	όοιτο	όωμαι	όῃ	όηται	οόμενος	οομένου	
μην	οῖο	οῖτο	ῶμαι	οῖ	ῶται	ούμενος	ουμένου	
μεθον	όοισθον	οοίσθην	οώμεθον	όησθον	όησθον	οομένη	οομένης	όεσθαι
μεθον	οῖσθον	οίσθην	ώμεθον	ῶσθον	ῶσθον	ουμένη	ουμένης	οῦσθαι
μεθα	όοισθε	όοιντο	οώμεθα	όησθε	όωνται	οόμενον	οομένου	
μεθα	οῖσθε	οῖντο	ώμεθα	ῶσθε	ῶνται	ούμενον	ουμένου	

De conjugationibus Verborum in μι.

Vocantur verba in *μι*, propter ultimam syllabam *μι*, in quam desinunt: ut *τίθημι*, pono.

Oriuntur ex verbis barytonis desinentibus in *αω*, *εω*, *ιω*, *οω*, *υω*; sed forma verborum in *ιω* convenit tantum verbis anomalis in *μι*; unde quatuor tantum remanent conjugationes horum verborum.

Fiunt autem mutando *ω* ultimam syllabam in *μι*, vertendo brevem characteristicam in longam, videlicet *α* et *ε* in *η*: *ο* in *ω*: *υ* correptum in *υ* productum, et præponendo reduplicationem.

Reduplicatio duplex est.

Propria: quum prima consonans thematis, vel tenuis loco aspiratæ cum *ι* brevi reperitur: ut
δόω. *διδόω* *δίδωμι*, do.
θέω *τιθέω* *τίθημι*, pono.

Impropria: quum *ι* aspirata solum præfigitur; idque, vel quum verbum incipit a *στ*, vel *πτ*, vel a vocali: ut
στάω *ἱστάω* *ἵστημι*, sto.
πτάω *ἱπτάω* *ἵπτημι*, volo.
ἕω *ἱέω* *ἵημι*, mitto.

Reduplicationem habent tantum tres priores conjugationes in præsenti, et præterito imperfecto solum, per omnes modos et participia: quarta nullam habet, sed tantum in ea *ω* vertitur in *μι*. Iones tamen adhibent: ut *κέκλυθι* pro *κλῦθι* audi.

1.ª a *στάω*	format	*ἵστημι*, sto.
2.ª a *θέω*		*τίθημι*, pono.
3.ª a *δόω*		*δίδωμι*, do.
4.ª a *ζευγνύω*		*ζεύγνυμι*, jungo.

Verba, a quibus quarta conjugatio profluit, fere et ipsa ab aliis verbis derivantur, interserendo *νυ*, vel *γνυ*: ut ab *ἄγω*, *αγνύω*, *ἄγνυμι*: *στορέω*, *στορεννύω*, *στορέννυμι*, ut et *ζευγνύω* a *ζεύγω* primitus deducitur.

Multa sunt etiam sine reduplicatione: ut *σβῆμι*, exstinguo: *φημὶ*, dico: *ἕλωμι*, capio: *γνῶμι*, cognosco: et alia.

Poetæ perinde agunt cum reduplicatione, atque cum verborum augmento syllabico et temporali. Modo enim addunt reduplicationem; modo detrahunt. Hinc in omni conjugatione multa reperiuntur verba in μι *sine ulla omnino reduplicatione: ut* φίλημι *a* φιλέω, *amo:* γέλημι *a* γελάω, *rideo:* ἐλευθέρωμι *ab* ἐλευθερόω, *libero:* κλῦμι *a* κλύω, *audio: aliaque plura, non tantum a Poetis, sed et ab aliis subinde usurpata. Interdum adhibent quidem reduplicationem, sed per* ε*: ut* νοέω, νόημι, νενόημι; *intelligo:* τελέω, τέλημι, τετέλημι; *perficio:* τλάω, τλῆμι, τέτλημι; *tolero. In quibusdam verbis, loco reduplicationis, repetunt duas primas litteras præsentis; ut* ἀλυκτέω, ἀλύκτημι, ἀλαλύκτημι, *in angustias redigo:* ἀλάω, ἄλημι, ἀλάλημι, *erro:* ἀχέω; ἄχημι; ἀκάχημι; *angor. Interdum verba a vocali cœpta habent reduplicationem in secunda syllaba: ut* ὀνέω, *seu* ὀνάω, ὄνημι; ὀνίνημι; *juvo. Aliquando reduplicatio sive per* ι, *sive per* ε, *suapte natura brevis; producitur inserto* μ*: ut* πράω, πρῆμι, πίμπρημι, *comburo:* πλάω, *sive* πλέω, πλῆμι, πίμπλημι; *impleo. Verba aliqua retinent reduplicationem etiam in futuro: hinc* διδώσω; *pro* δώσω: διδράσω *pro* δράσω *a* διδράσκω, *fugio.*

Advertenda ante inflexionem.

Peculiarem habent inflexionem Præsens, Præteritum imperfectum, Aoristus secundus, sive Præteritum imperfectum antiquum verborum sine reduplicatione: reliqua tempora sequuntur rationem barytonorum.

Verba quartæ conjugationis, non ultra Præteritum imperfectum flectuntur. Carent etiam modo Optativo, et Subjunctivo.

De conjugationibus Verborum in μι.

Vocantur verba in μι, propter ultimam syllabam μι, in quam desinunt: ut τίθημι, pono.

Oriuntur ex verbis barytonis desinentibus in αω, εω, ιω, οω, υω; sed forma verborum in ιω convenit tantum verbis anomalis in μι; unde quatuor tantum remanent conjugationes horum verborum.

Fiunt autem mutando ω ultimam syllabam in μι, vertendo brevem characteristicam in longam, videlicet α et ε in η: ο in ω: υ correptum in υ productum, et præponendo reduplicationem.

Reduplicatio duplex est.

Propria: quum prima consonans thematis, vel tenuis loco aspiratæ cum ι brevi reperitur: ut
δόω διδόω δίδωμι, do.
θέω τιθέω τίθημι, pono.

Impropria: quum ι aspirata solum præfigitur; idque, vel quum verbum incipit a στ, vel πτ, vel a vocali: ut
στάω ἱστάω ἵστημι, sto.
πτάω ἱπτάω ἵπτημι, volo.
ἕω ἱέω ἵημι, mitto.

Reduplicationem habent tantum tres priores conjugationes in præsenti, et præterito imperfecto solum, per omnes modos et participia: quarta nullam habet, sed tantum in ea ω vertitur in μι. Iones tamen adhibent: ut κέκλυθι pro κλῦθι audi.

1.ª a στάω	format	ἵστημι, sto.
2.ª a θέω		τίθημι, pono.
3.ª a δόω		δίδωμι. do.
4.ª a ζευγνύω		ζεύγνυμι, jungo.

Verba, a quibus quarta conjugatio profluit, fere et ipsa ab aliis verbis derivantur, interserendo νυ, vel γνυ: ut ab ἄγω, αγνύω, ἄγνυμι: στορέω, στορεννύω, στορέννυμι, ut et ζευγνύω a ζεύγω primitus deducitur.

Multa sunt etiam sine reduplicatione: ut σβῆμι, exstinguo: φημὶ, dico: ἅλωμι, capio: γνῶμι, cognosco: et alia.

Poetæ perinde agunt cum reduplicatione, atque cum verborum augmento syllabico et temporali. Modo enim addunt reduplicationem; modo detrahunt. Hinc in omni conjugatione multa reperiuntur verba in μι sine ulla omnino reduplicatione: ut φίλημι *a* φιλέω*, amo:* γέλημι *a* γελάω*, rideo:* ἐλευθέρωμι *ab* ἐλευθερόω*, libero:* κλῦμι *a* κλύω*, audio: aliaque plura, non tantum a Poetis, sed et ab aliis subinde usurpata. Interdum adhibent quidem reduplicationem, sed per ε: ut* νοέω, νόημι, νενόημι*; intelligo:* τελέω. τέλημι; τετέλημι*; perficio:* τλάω, τλῆμι; τέτλημι*; tolero. In quibusdam verbis, loco reduplicationis, repetunt duas primas litteras præsentis; ut* ἀλυκτέω, ἀλύκτημι, ἀλαλύκτημι*, in angustias redigo:* ἀλάω, ἄλημι, ἀλάλημι*, erro:* ἀχέω; ἄχημι; ἀκάχημι*; angor. Interdum verba a vocali cœpta habent reduplicationem in secunda syllaba: ut* ὀνέω, *seu* ὀνάω, ὄνημι; ὀνίνημι*; juvo. Aliquando reduplicatio sive per ι, sive per ε, suapte natura brevis, producitur inserto μ: ut* πράω, πρῆμι, πίμπρημι*, comburo:* πλάω*, sive* πλέω, πλῆμι, πίμπλημι*; impleo. Verba aliqua retinent reduplicationem etiam in futuro: hinc* διδώσω*; pro* δώσω: διδράσω *pro* δράσω *a* διδράσκω*, fugio.*

Advertenda ante inflexionem:

Peculiarem habent inflexionem Præsens, Præteritum imperfectum, Aoristus secundus, sive Præteritum imperfectum antiquum verborum sine reduplicatione: reliqua tempora sequuntur rationem barytonorum.

Verba quartæ conjugationis, non ultra Præteritum imperfectum flectuntur. Carent etiam modo Optativo, et Subjunctivo.

De conjugationibus Verborum in μι.

Vocantur verba in *μι*, propter ultimam syllabam *μι*, in quam desinunt: ut *τίθημι*, pono.

Oriuntur ex verbis barytonis desinentibus in *αω*, *εω*, *ιω*, *οω*, *υω*; sed forma verborum in *ιω* convenit tantum verbis anomalis in *μι*; unde quatuor tantum remanent conjugationes horum verborum.

Fiunt autem mutando *ω* ultimam syllabam in *μι*, vertendo brevem characteristicam in longam, videlicet *α* et *ε* in *η*: *ο* in *ω*: *υ* correptum in *υ* productum, et præponendo reduplicationem.

Reduplicatio duplex est.

Propria: quum prima consonans thematis, vel tenuis loco aspiratæ cum *ι* brevi reperitur: ut
δόω *διδόω* *δίδωμι*, do.
θέω *τιθέω* *τίθημι*, pono.

Impropria: quum *ι* aspirata solum præfigitur; idque, vel quum verbum incipit a *στ*, vel *πτ*, vel a vocali: ut
στάω *ἱστάω* *ἵστημι*, sto.
πτάω *ἱπτάω* *ἵπτημι*, volo.
ἕω *ἱέω* *ἵημι*, mitto.

Reduplicationem habent tantum tres priores conjugationes in præsenti, et præterito imperfecto solum, per omnes modos et participia: quarta nullam habet, sed tantum in ea *ω* vertitur in *μι*. Iones tamen adhibent: ut *κέκλυθι* pro *κλῦθι* audi.

1.ª a *στάω*	format	*ἵστημι*, sto.
2.ª a *θέω*		*τίθημι*, pono.
3.ª a *δόω*		*δίδωμι*. do.
4.ª a *ζευγνύω*		*ζεύγνυμι*, jungo.

Verba, a quibus quarta conjugatio profluit, fere et ipsa ab aliis verbis derivantur, interserendo *νυ*, vel *γνυ*: ut ab *ἄγω*, *αγνύω*, *ἄγνυμι*: *στορέω*, *στορεννύω*, *στορέννυμι*, ut et *ζευγνύω* a *ζεύγω* primitus deducitur.

Multa sunt etiam sine reduplicatione: ut *σβῆμι*, exstinguo: *φημὶ*, dico: *ἄλωμι*, capio: *γνῶμι*, cognosco: et alia.

Ῥωννύω - - -	ῥώω; roboro. Fut. ῥώσω. Perf. ἔῤῥωκα, pass. ἔῤῥωμαι, imper. ἔῤῥωσο.
Σβεννύω - - -	σβέω et σβῆμι; extinguo. Fut. σβέσω. Aor. ἔσβεσα. Perf. ἔσβεκα, pass. ἔσβεσμαι. Imperf. ἔσβην; infin. σβῆναι. Imperf. ἐσβέσθην ab inus. σβέσθημι.
Σπένδω - - -	σπείω, libo. Fut. σπείσω. Aor. ἔσπεισα. Perf. pass. ἔσπεισμαι.
Στερίσκω - - -	στερέω, privo. Fut. στερέσω et στερήσω. Perf. ἐστέρηκα.
Στορέννυω - - -	στορέω, sterno. Fut. στορέσω et στορήσω. Perf. ἐστόρηκα.
Στρωννύω - - -	στρόω, extendo. Fut. στρώσω. Perf. ἔστρωκα, pass. ἔστρωμαι.
Τείνω - - - -	τάω, tendo. Perf. τέτακα.
Τέμνω - - -	τμάω et τμήγω, seco. Imperf. ἐτμηγόν. Fut. τμήσω et τμήξω. Perf. τέτμηκα, pass. τέτμημαι. Imp. ἐτμήθην a τμήθημι.
Τίκτω - - -	τέκω, pario. Imp. ἔτεκον. Fut. τέξω. Perf. τέτεχα; Ion. τέτοκα; pass. τέτεγμαι. Imperf. ἐτέχθην ab inus. τέχθημι.
Τίνω - - - -	τίω, solvo. Fut. τίσω. Perf. τέτικα, pass. τέτιμαι.
Τιτρώσκω - -	τράω et τρόω, perforo. Fut. τρήσω et τρώσω. Perf. τέτρηκα et τέτρωκα, pass. τέτρημαι et τέτρωμαι. Imp. ἐτρώθην.
Τυγχάνω - -	τευχέω et τυχέω, sortior. Imperf. ἔτυχον. Fut. τεύξομαι. Perf. τέτευχα et τετύχηκα; pass. τέτευγμαι et τέτυγμαι. Imperf. ἐτεύχθην a τεύχθημι.
Ὑπισχνέομαι -	ὑποσχέομαι, promitto. Imperf. ὑπεσχόμην. Fut. ὑποσχήσομαι. Perf. ὑπέσχημαι. Imp. ὑπεσχέθην ab inus. ὑποσχέθημι.
Φέρω - - - -	οἴω et ἐνέκω et ἐνέγκω et φρέω et φρῆμι; fero. Imperf. ἤνεγκον et ἔφρην. Fut. οἴσω et φρέσω. Aor. ἤνεγκα. Perf. πέφρυκα, Ion. ἤνοχα, Att. ἐνήνοχα, pass. ἤνεγμαι. Imperf. ἠνέχθην ab ἐνέχθημι.

VERBA

usitata	inusitata
Φημὶ - - - -	φάω, dico. Fut. φήσω. Aor. ἔφησα.
Φθάνω - - - -	φθάω et φθῆμι, prævenio. Fut. φθάσω. Perf. ἔφθακα. Imperf. ἔφθην, pass. ἐφθάμην.
Φθίνω - - - -	φθίω, corrumpo. Fut. φθίσω. Perf. ἔφθικα.
Φύω - - - - -	φῦμι, gigno. Imperf. ἔφυν.
Χαίρω - - - -	χαρέω, gaudeo. Fut. χαρήσω. Perf. κεχάρηκα. Fut. pass. χαρήσομαι.
Χαίνω - - - -	χάω, dehisco. Perf. κέχακα, pass. κέχασμαι.
Χέω - - - -	χεύω, fundo. Fut. χεύσω. Aor. ἔχευσα et ἔχευα et ἔχεα. Perf. κέχυκα, pass. κέχυμαι.
Χρωννύω - - -	χρόω, coloro. Fut. χρώσω. Perf. pass. κέχρωσμαι.
Χωννύω - - -	χόω, aggerem obduco. Fut. χώσω. Perf. κέχωκα, pass. κέχωσμαι.
Ὠθέω - - - -	ὤθω, pello. Fut. ὤσω. Aor. ὦσα et ἔωσα. Perf. ὦσμαι et ἔωσμαι.

Investigandi Thematis modus.

Conjugationum exempla semper inspicienda sunt: consideranda item formatio temporum in prima, pænultima et ultima syllaba: et eodem modo, quo adscenditur in illis formandis, vicissim in dissolvendis descendendum. Tertia persona singularis præteriti perfecti pass. κεκόλαπται, ut τέτυπται. Secunda κεκόλαψαι, ut τέτυψαι. Prima κεκόλαμμαι, ut τέτυμμαι. Activum Perf. κεκόλαφα, ut τέτυφα. Fut. κολάψω, ut τύψω. Thema igitur erit aut κολάπω, aut κολάβω, aut κολάφω, aut κολάπτω. Nam ψ nascitur ex π, β, φ, πτ. Lexicon vero ostendet κολάπτω tundo.

ἠγεῖτο, simile est τῷ ἐποιεῖτο. Dissolutum erit ἠγέετο, sicut ἐποιέετο. Præsens ergo ἡγέομαι, sicut ποιέομαι.

ἀνιώμενος, simile est τῷ βοώμενος. Dissolutum erit ἀνιαόμενος: nam ω ex αο nascitur. Thema ἀνιάομαι, mœreo.

κρατήσας, simile est τῷ ποιήσας, aut βοήσας: nam η nascitur ex ε, vel α. Thema igitur aut κρατέω, aut κρατάω. Ex Lexico autem habebis κρατέω impero.

De Adverbiis.

Adverbio accidunt quatuor: Species, Significatio, Figura, Comparatio.

Species.

Duplex est: Primitiva, ut χθὲς heri: αὔριον cras. Derivativa, ut Ἑλληνιστὶ Græce: σοφῶς sapienter.

Significatio.

1. Loci: ut ἐνταῦθα hic; αὐτόθι istic; ἐκεῖ illic; χαμαὶ humi; ἐγγὺς prope; ἐπέκεινα, vel ἐπ' ἐκεῖνα, ultra; ἐπιτάδε, vel ἐπὶ τάδε citra; μακρὰν longe; ἑκὰς procul; πολλαχοῦ multis in locis; ὀλιγαχοῦ in paucis locis; ἁπανταχοῦ τῆς γῆς ubique terrarum; ἐνιαχοῦ in quibusdam locis; ἑκασταχοῦ in singulis locis; αὐτοῦ, idest ἐπ' αὐτοῦ τοῦ τόπου ibidem; ἀλλαχοῦ alibi; οὐδαμῆ nuspiam.

Localia Adverbia triplicia:

Vel significant in loco, præsertim desinentia in θι, aut desinentia similiter dativis pluralibus in σι: ut οὐρανόθι in cælo; Ἀθήνησι Athenis; οἴκοθι domi.

Vel ad locum, præsertim in δε, σε, ζε desinentia: ut οἴκαδε domum; οὐρανόσε in cælum; Ἀθήναζε Athenas.

Poetæ particulam δὲ sæpe subjungunt accusativo pro εἰς, vel ἐπὶ, ut οἶκόν δε domum; θάνατόν δε ad mortem. Aliquando etiam substantivo simul et adjectivo subjiciunt, ut ὅνδε δόμονδε domum suam.

Vel de loco, desinentia in θεν: ut οἴκοθεν domo; οὐρανόθεν cælitus; Κυθηρόθεν ex insula Cythera; Ἀθήνηθεν Athenis.

2. Temporis: ut νῦν nunc; αὐτίκα statim; μεταύριον perendie; πρόχθες nudius tertius; ἦμος cum; τῆμος tum; Poetica pro ὅτε et τότε; ὄφρα dum; τόφρα tum, pro ἕως et τέως; μέσφα donec; εἰσόκεν donec.

Adverbia loci ac temporis regunt genitivum: ut ἔξω βελῶν extra teli jactum: ἐγγὺς τοῦ εἶναι ἐνεοί εἰσι prope absunt, ut sint muti; ἐπέκεινα Τίγριδος καὶ Εὐφράτου ultra Tigrin et Euphratem; ἑκὰς τῆς Ἀσίας procul ab Asia μεταξὺ λόγων inter verba, idest inter dicendum; μέχρι ζωῆς quoad vivam; μέχρις ἐμοῦ ad meam usque ætatem. Sic et multa

alia: ut ἅλις δρυὸς satis quercus; ἅπαξ τῆς ἡμέρας semel in die, etc.

Genitivus nonnunquam mutatur interposita præpositione: ut ἄχρι πρὸς τὴν πόλιν usque ad urbem: ἄχρι πρὸς ἑσπέραν usque ad vesperam.

Interdum adhæret verbum; ut μέχρις ἦν donec eram.

3. Numeri: ut δὶς bis; πολλάκις sæpe; ἀπειράκις infinities; ὀλιγάκις raro.

4. Negandi: ut ου non; ουδαμῶς nequaquam; ἥκιστα minime; ου δῆτα haudquaquam. Dicimus ου sequente consonante; ουκ sequente vocali tenuis spiritus: ουχ sequenti vocali aspirata; ουχὶ sequente vel tenui, vel aspirata vocali.

5. Affirmandi: ut ναὶ ita, ἀληθῶς vere, ὄντως et τῷ ὄντι revera; πάντως omnino; ἦ μὴν certe.

6. Demonstrandi: ut ἐνθάδε hic; ἰδὲ, ἰδοὺ, Poet. ηνὶ, et ηνίδε ecce; quæ construuntur cum nominativo, vel accusativo, ut ἰδοὺ Ῥόδος, vel Ῥόδον ecce Rhodus, vel Rhodum, ut apud Latinos ecce.

7. Optandi: ut εἰ, εἴθε, Poet. αἴθε et αἰ utinam, cum optativo, vel indicativo; ὤφελον, ὤφελες, ὤφελε, etc. vel Ion. ὄφελον, ες, ε, etc. utinam ego, utinam tu, utinam ille, etc. jungiturque infinito vel solum, vel cum particulis εἰ, εἴθε, αἴθε, ὡς, ut ὤφελε ζῆν Βροῦτος utinam Brutus viveret: αἴθ' ὄφελες ἀδάκρυτος, καὶ ἀπήμων ἧσθαι utinam sine lacrymis et sine incommodo sessitares. Ionicum tamen ὄφελον omnibus etiam numeris, personisque servit, quasi esset adverbium, ut ὄφελον καὶ ἡμεῖς utinam et nos. Adhibetur et cum indicativo, ut ὄφελον καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς utinam et abscindantur, qui vos labefactant; ἢ ὄφελον ἦν ἀξία τῆς ὑμῶν ὑπολήψεως quæ utinam digna esset opinione vestra. Ceterum utrumque est aor. 2. seu imperf. vetus ab ὀφείλω debeo; ac *debui facere* et *utinam fecissem* cognata sunt.

8. Hortandi, ut ἄγε age; φέρε age; ἔα, ἀμέλησον mitte.

9. Ordinis: ut ἑξῆς deinceps; εἶτα postea.

10. Interrogandi: ut πόθεν unde? πῶς quomodo? μῶν num? ἆρα num? ἦ num? διὰ τί cur? τίπτε Poet. pro τίποτε curnam?

11. Similitudinis et diversitatis: ut ὥσπερ sicut; καθάπερ quemadmodum; ἄλλως aliter. Ἠΰτε, ἠΰτε sicut, Poetica sunt.

12. Qualitatis: ut καλῶς pulcre; Ῥωμαϊστὶ Latine; ἀγεληδὸν gregatim; ἀπαρασαλεύτως immote; μεμηχανημένως solerter aut subdole. Talia in ως formantur a genitivis pluralibus mutando ν in ς. Huc pertinent ea, quæ appellantur ὀνοματικὰ ἐπιρρήματα: κοινῇ communiter; δημοσίᾳ publice; ἰδίᾳ privatim.

Adverbia qualitatis in ως ferme habent casum sui nominis, ut ἀξίως τῶν προγόνων pro dignitate majorum; ὁμοίως τοῖς ἄλλοις similiter aliis, idest, eodem modo quo alii etc. Construuntur etiam frequenter et eleganter cum verbis ἔχω, διάκειμαι et διατίθεμαι, addito, quum opus est, ipsius adverbii casu, ut ἀφειδῶς ἔχει χρημάτων prodigus est pecuniæ; τῶν ἐν ἀγορᾷ οὐκ ἀπείρως ἔχει non se habet imperite in rebus forensibus, seu rerum forensium imperitus non est; ἀρχαίως ἔχει, homo est antiquæ fidei; εὖ διακείμενος, καὶ καλῶς bene affectus: et alia plurima.

13. Quantitatis, idest, intendendi, remittendi, diminuendi: ut ἄγαν valde; μονονουχὶ tantum non; σχολῇγε lente aut vix; ὀλίγον paululum.

14. Dubitandi, conjecturæ: ut ἴσως fortasse; τάχα forsitan: Poet. pro ταχέως celeriter.

15. Vocandi, ut ὦ o, Eurip. Phœnissis.: ἰώ, ἰώ, πότνια, μόλε πρόδρομος: heus, heus, veneranda, progredere: ὠή, τίς ἐν πύλαισι δωμάτων κυρεῖ; ohe, quis ad portas domus occurrit? Ibidem.

Adverbium vocandi ὦ cum vocativis ponitur; ut ὦ δημόται o populares.

16. Separandi, distribuendi, excludendi, ut ἄνευ sine, ἰδίᾳ privatim; δημοσίᾳ publice; κοινῇ, communiter; μόνον tantum; πλὴν præter. Primum et ultimum postulant genitivum, ut ἄνευ πόνου sine labore; πλὴν χρημάτων præter pecuniam.

17. Jurandi: ut νὴ per; μὰ non per. Hujusmodi adverbia cum accusativo ponuntur, eique largiuntur articulum, ut νὴ τοὺς Θεοὺς per Deos; μὰ τοὺς

Θεοὺς non per Deos. Excipe, si sequatur accusativus Δία Jovem; tunc enim μὰ articulum frequentius respuit, quum νὴ variet. Huc addi potest ὡς pro πρὸς, ὡς τὸν ὅμοιον ad similem.

18. Eligendi: ut μᾶλλον potius; πρότερον citius.
19. Congregandi; ut ἅμα et ὁμοῦ simul; συλλήβδην conjunctim. Hæc Dativum regunt, ut ἅμα τῇ ἡμέρᾳ prima luce; ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις cum ceteris.
20. Concedendi: ut εἶεν esto.
21. Prohibendi: ut μὴ ne, cum imperativo, vel subjunctivo, μηδαμῶς nequaquam.
22. Eventus: ut κατὰ συγκυρίαν forte fortuna.
23. Comparandi: ut μᾶλλον magis; ἧττον minus; πλέον plus; μάλιστα maxime. Cum genitivo.
24. Declarandi: ut δηλαδὴ scilicet; ἤγουν videlicet; τουτέστι hoc est; αμέλει exempli gratia.
25. Causæ: ut ἕνεκα causa, χάριν gratia. Hæc quoque cum genitivo.
26. Celandi: ut λάθρα clam. Pariter cum genitivo.

Adverbium vestitum articulo fit nomen: ut χθὲς heri; ὁ χθὲς hesternus; λίαν nimis, ὁ λίαν nimius: et alia quamplurima.

Adverbium aliquando adhæret adverbio: ut μέχρι ποῦ et μέχρι τότε; quousque? etc. Fit hoc etiam quum idem significant, ut quatuor simul juncta apud Aristophan. εἶτ' αὖ πάλιν αὖθις deinde rursum. Interdum componitur cum præpositione, ut ἐκ τότε ad verbum ex tunc, ἀπὸ τηλοῦ a longe.

Figura.

Triplex est: Simplex, ut αὔριον: Composita, ut μεταύριον: Decomposita, ut φιλανθρώπως.

Comparatio.

Ῥᾳδίως facile, ῥᾷστα, vel ῥᾷστον.
Μάλα valde, μᾶλλον, μάλιστα.
Πέρα, vel πέραν ultra, περαιτέρω, περαιτάτω.
Πόῤῥω longe, ποῤῥωτέρω, ποῤῥωτάτω.
Πολλάκις sæpe, πλεονάκις, πλειστάκις.

DE INTERJECTIONIBUS.

1. Admirandi: ut βαβαὶ papæ; φεῦ papæ; quæ vel solæ, vel cum genitivo: παπαιάξ, ὡς καλὴν ὀσμὴν

ἔχει: Papæ, quam bonum odorem habet! Euripid. Cyclope. Ἄπολλον, οἵοις φροιμίοις ἄρχῃ λόγου: Dii boni, qualibus procemiis auspicaris orationem! Idem Hercule Fur.

2. Approbandi: ut εὖγε euge.
3. Abominandi: ut ἄπαγε apage: εὔφημα φώνει bona verba quæso: Eurip. Herc. ὢ ὤ, ἰοὺ ἰοὺ apage.
4. Comminandi: ut οὐαὶ væ.
5. Dolendi: ut οἴμοι hei mihi: φεῦ heu: ἰὼ heu: ὢ o. Vel sine casu, vel cum genitivo aut nominativo.
6. Exclamandi: ut ὤ, ὢ, ἰοὺ, ἰοὺ heu. Eurip. Hippolyt. Pariter cum genit. aut nominat.
7. Metus: ut ἆ ἆ, at at: ἰὰ ἰὰ, ὢ ὤ ehem. Eurip. Rheso.
8. Indignandi: ut φεῦ evax.
9. Lætandi: ut εὐοῖ evax; ἰοὺ io. Eurip. Cyclope. ὦ φιλτάτου παῖ πατρὸς o fili patris carissimi. Sophocl. Philoctet.
10. Ridendi: ut ἃ ἃ ἃ et ᾆ ᾆ ᾆ, ha ha ha. Ibidem.

DE CONJUNCTIONIBUS.

Conjunctioni tria accidunt: Potestas, Figura, Ordo.

Potestas.

1. Copulativæ: ut καὶ et, τε que, μὲν quidem, δὲ autem, interdum Copulativæ, interdum Adversativæ.
2. Disjunctivæ: ut ἢ aut, ἠὲ aut, ἤτοι sive.

Huc pertinent:

Particulæ utramque rem tollentes, ut οὐδὲ, οὔτε, neque: Dubitativæ: ut εἰ, εἰ ἄρα, an, num: Poet. αἴκε et αἴκεν si forte.

3. Adversativæ: ut ἀλλὰ sed: καίπερ interdum; καίτοι etsi; εἰ καὶ si etiam; ὅμως tamen; καὶ μὴν atqui; οὐ μὴν ἀλλὰ verumtamen: Poet. ἔμπης tamen.

Huc pertinent:

Corrigendi particula μᾶλλον δὲ potius, vel imo.
Diminuendi, γε, γοῦν, κἂν saltem.

4. Causales: ut γὰρ enim: καὶ γὰρ etenim: ὅτι quod: ἐπεὶ, ἐπειδὴ, ἐπειδήπερ quandoquidem: ἵνα, ὅπως, Poet. ὄφρα, ut *affinchè*: ἵνα μὴ ut ne; quæ construuntur cum optativo, vel subjunctivo.
5. Illativæ, ut ὥστε, ut, *cosicchè*; quæ cum optativo,

subjunctivo, et sæpissime infinitivo jungitur, præcedente fere accusativo: aliquando etiam nominativo, ut λέγεται οὕτω κατάφορος πρὸς δόξαν εἶναι, ὥστε νέος ὢν ἔτι τὰς νύκτας ἀγρυπνεῖν, ita fertur ad gloriam proclivis fuisse, ut, quum adhuc esset juvenis, noctes pervigilaret. Et cum indicativo Attice.

6. Conditionales, seu exceptivæ: ut ᾗ, quatenus; εἰ si, ἂν si; ἐὰν si; ἢν si; εἰ μὴ nisi; ὅτι μὴ, nisi, Poet. αἴκε et αἴκεν, si modo. Advertendum est, conditionalem εἰ rectius indicativo et optativo; ἢν, ἂν, ἐὰν et eorum composita subjunctivo et optativo jungi. Quod autem latine per subjunctivum dicimus, *si verberarem*, id Græce frequenter per indicativum effertur: ut εἰ ἔτυπτον. Item *verberavissem*, εἰ ἔτυψα, vel εἰ ἐτετύφειν. Utimur et optativo, ut infra post Syntaxim dicemus.

7. Ratiocinativæ: ut ἄρα, vel ἆρα ergo; οὖν itaque; τοίνυν igitur, διὰ τοῦτο quapropter.

Huc pertinent:

Δηλαδὴ videlicet: δηλονότι nimirum; quæ etiam vim affirmandi habent.

8. Ordinis: ut τὸ πρῶτον primum; μετὰ ταῦτα deinde; πάλιν rursus: αὖθις iterum: εἶτα deinde.

9. Approvativæ, ut γε, οὖν. Νὴ Δία ἔνδοξοί γε ἀμφότεροι. Per Jovem illustres equidem ambo. Lucian. εἰ δίκαιος, ὥσπερ οὖν καὶ δίκαιος, ὁ τῶν ὅλων ἔφορος· ἕτερός ἐστι βίος μετὰ τὸν παρόντα, si justus est, ut equidem est justus, ille rerum omnium inspector: altera restat vita post hanc. Theodoretus Sermone 1. de Providentia.

10. Completivæ: ut δὴ, νὺ, πὲρ, ῥὰ, τοὶ, sane, quidem; πῶ dum.

11. Potentiales: ut ἂν, κὲ, κὲν utique. De usu ἂν valde observando statim post Syntaxim explicatius.

Figura.

Duplex est: Simplex, ut καὶ: Composita, ut καίπερ.

Ordo.

Triplex, Præpositivus, ut καὶ, ἀλλὰ. Sophocles tamen in Coloneo, πειρᾶσατ' ἀλλ' ὑμεῖς γε: conamini at-

tamen vos. Postpositivus: ut μὲν, δὲ. Communis: ut ἄρα, ἵνα.

DE PRÆPOSITIONIBUS.

Præpositiones sunt { Monosyllabæ sex: ἐν, εἰς vel ἐς, ἐκ vel ἐξ, πρὸς, πρὸ, σὺν. Disyllabæ duodecim: ἀνὰ, ἀμφὶ, ἀντὶ, ἀπὸ, διὰ, ἐπὶ, κατὰ, μετὰ, παρὰ, περὶ, ὑπὸ, ὑπὲρ.

Præponuntur autem vel extra compositionem, vel in compositione.

Extra compositionem præpositio partes orationis verbo adjungit: ut Ἰησοῦς σώζει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν *Jesus servat populum suum a peccatis eorum*.

In compositione - - { Complet: ut εὖ bene; ὑπέρευ, supra modum bene. Minuit: ut λευκὸς albus; ὑπόλευκος subalbus. Mutat: ut λέγω dico; συλλέγω colligo. Et alia facit, et sæpe etiam ornat tantummodo.

Monosyllabæ.

1. Ἐν soli Dativo jungitur, et statum significat, ut οἱ ἐν τοῖς πράγμασι, qui in reipublicæ administratione versantur; ἐν οἴκῳ *in domo*: sed per Ellipsin Genitivo: ut ἐν ᾅδου, subaudi οἴκῳ, *in domo Plutonis*. Sæpe ponitur pro εἰς per Enallagen, ut θρασὺς ἐν ἐμοὶ audax in me, contra me.

Composita *in* significat, ut ἐμβάλλω injicio.

2. Εἰς, et Attice ἐς Accusativo *in*; quum motus significatur: ut εἰς ὕδωρ γράφω *in aquam scribo: ad*, ut εἰς Ἀγαμέμνονα δῖον, ad Agamemnonem dium; *apud*, ut διαβεβλημένος εἰς τοὺς Μακέδονας, apud Macedonas infamatus; *circiter*, ut εἰς τριακοσίους, circiter trecentos; *contra*, εἰς τοὺς σοφιστὰς, contra sophistas; *propter*, ut εἰς δικαιοσύνην ἐπαινεῖται, laudatur propter justitiam. Frequenter per Enallagen ponitur pro ἐν; ut τὸν θρόνον, εἰς ὃν προκαθίζων

εδίκαζε thronum, in quo præsidens judicabat. Interdum per Ellipsin omittitur accusativus, ut *εἰς διδασκάλου*, subaudi *οἶκον*, in domum præceptoris.

Composita *in*, quum motus significationem habet, ut *εἰσάλλομαι insilio*.

3. Ἐξ sequente vocali, et *ἐκ* sequente consonante, Genitivo gaudet, ut *ἐξ ἀπραξίας πρᾶγμα* ex otio negotium; *ἐκ νηπίου* ab infantia.

Composita auget, ut *ἐκπίνω* ebibo: et idem significat, quod *ἔξω* extra, ut *ἐκβάλλω* ejicio: et *palam*, ut *ἐξαμαρτάνω* palam pecco.

4. Πρὸ *ante*, soli Genitivo, ut *πρὸ θυρῶν* præ *foribus*: *τὰ πρὸ τούτων* superiora tempora; *πρὸ τῶν πάντων ἐπαινοῦσι* præ omnibus laudant. Et *pro*, ut *πρὸ τῶν κοινῶν κινδυνεύειν* pro communi utilitate periculum subire.

Composita eadem significat, ut *προβάλλω* propono, *προμανθάνω* prædisco: *πρόφασις* prætextus: *προάστειον* suburbium seu locum ante urbem; *προὔργου ἐστὶ*, cuivis alii operi prævertendum est; dicunt Latini, operæ pretium est; *προΐεμαι* projicio, *προεύχομαι τοῦ λαοῦ* oro pro populo.

5. Πρὸς cum Genitivo, *a*; ut *πρὸς Θεοῦ* a Deo: *officium*, *οὐ πρὸς φιλοσόφου* non est philosophi: *coram*, *πρὸς ἐπισκόπου* coram episcopo: *contra*, *πρὸς ἐχθροῦ* contra inimicum. Jurandi quoque est nota, ut *πρὸς χαρίτων* per gratias.

Cum Dativo *prope*, ut *πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου* sub finem vitæ; *πρὸς τοῖς ποσὶν* ad, seu juxta pedes: *apud*, *πρὸς ἑαυτῷ* apud se, secundum: *contra*, *πρὸς Ἀτρείδησι* contra Atridas: *præter*, *πρὸς τούτοις* ad hæc, præter hæc.

Cum Accusativo *ad*, ut *πρὸς γυμνάσιον* ad scholam, *τὰ πρὸς στρατὸν* quæ ad exercitum pertinent: et *adversus*, tam in bonam, quam in malam partem, ut *πρὸς τοὺς ξένους* erga peregrinos; *πρὸς Ῥωμαίους*, contra Romanos.

Composita significat *ad*, ut *προσκαλῶ* advoco: *προσπορεύομαι* adeo: et *insuper*, ut *προσλέγω* insuper dico.

6. Σὺν et Att. *ξὺν* cum Dativo, *σὺν Θεῷ* cum Deo.
Composita conjungit, ut *συμβάλλω* conjicio.

Disyllabæ.

1. Ἀνὰ *per*, cum solo Accusativo, ut ἀνὰ στρατὸν per exercitum. Sed Poetice cum Dativo usurpatur.
   Composita *re* significat: ut ἀνατρέχω recurro; ἀναβάλλω in aliud tempus rejicio: et *sursum*, ut ἀναβαίνω adscendo.
2. Ἀμφὶ cum Genitivo *de*, ut ἀμφὶ ἀστέρων λόγος sermo de astris: *circum*, ἀμφὶ ταύτης τῆς πόλιος circum hanc urbem: *per*, ἀμφὶ Ἥρας λίσσομαι per Junonem rogo.
   Cum Dativo *pro* Poetice significat, ut ἀμφὶ Οδυσσῆι pro Ulysse.
   Cum Accusativo *circa* et *circiter*, ut ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους circiter quinque millia: ἀμφὶ τὸ λυκαυγὲς circa diluculum: οἱ ἀμφὶ λόγους ὄντες, qui versantur circa litteras, litterarum studiosi; οἱ νόμοι οἱ ἀμφὶ θυσίαν leges circa sacrificia, de sacrificiis; ἀμφὶ αὐτὸν ἑστήκασι circa illum steterunt; οἱ ἀμφὶ Πρίαμον Priami comites, familiares, ministri; item ipse Priamus; quod usurpatur tum a Poetis, tum ab Oratoribus, sed cum verbo singulari, ut οἱ ἀμφὶ Παῦλον ἦλθε Paulus venit.
   Composita *circum* significat, ut ἀμφιβάλλω circumjicio.
3. Ἀντὶ cum Genitivo *pro*, ut ἀντὶ ἀγαθῶν ἀποδιδόναι κακὰ mala pro bonis reddere; ἀντὶ οἰκέτου pro famulo, i. e. vice, seu loco famuli; ἀντὶ πολλῶν pro multis, i. e. multorum instar; ἀντὶ κέρδους pro lucro, i. e. lucri gratia. Et *contra*, ut ἓν ἀνθ' ἑνὸς, si unum uni contraponatur, seu conferatur.
   Composita *contra* significat, ut ἀντιστρέφω inverto; ἀντιλέγω contradico; ἀντιδίδωμι vicissim do, retribuo.
4. Ἀπὸ cum Genitivo *a*, ut ἀπὸ τῆς κεφαλῆς a capite; ἀπ' ἀρχῆς ab initio.
   Composita auget, ut ἀποτείνω extendo. Et significat *a*, ut ἀπέχω absum, ἀφαιροῦμαι aufero. *Contrarium* etiam significat, ut εὔχομαι precor, ἀπεύχομαι imprecor. *Exemplum* quoque, ut ἀπογρά-

φω describo. Et *privationem*, ut ἀπομανθάνω dedisco.

5. Διὰ cum Genitivo *per*, ut διὰ βίου per vitam; δι' ἡδονῆς per voluptatem; διὰ βραχέων per brevia; brevibus verbis; δι' ἑαυτῶν per se, i. e. suis viribus. *Cum*, ut διὰ μαχαιρῶν cum gladiis. Significat etiam materiam, ut δι' ἀλφίτου ex farina.

Accusativo juncta *propter*, ut διὰ φόβον propter timorem. *Per*, διὰ τ' ἔντεα καὶ αἷμα per armaque et sanguinem; διὰ Θεοὺς per Deos; i. e. Deorum ope et favore; διὰ νύκτα per noctem, i. e. noctis tempore.

Composita *dis* significat, ut διαρπᾷν dividere. *Per*, i. e. *valde*, ut διακαθαίρω perpurgo: et *per medium*, ut διεξέρχομαι per medium venio.

6. Ἐπὶ cum Genitivo *in*, vel *circa*, ut βοῦς ἐπὶ γλώττης bos in lingua; ἐφ' ἡσυχίας in otio, otii tempore: *super*, ut ἐφ' ἵππου super equo: *officium*, ut ὁ ἐπὶ τῶν δεσμῶν præfectus carceris *soprantendente alle carceri*: *tempus*, ut ἐπ' ἐμοῦ tempore meo, mea ætate; ἐπ' Ἀλεξάνδρου sub Alexandro.

Cum Dativo *propter*, ut ἐπὶ τῷ κέρδει propter lucrum: *in*, ut ἐπὶ τῷ βασιλεῖ in regis potestate; τὸ ἐπ' ἐμοὶ quantum in me situm: *super*, ut ἐπὶ τῷ θεμελίῳ super fundamentum: *post*, ut ἐπὶ τούτοις post hæc: *contra*, ἐπὶ τῷ δήμῳ contra populum: *ad*, cum verbis motus, ἐπὶ τούτῳ φερόμενοι huc delatus.

Cum Accusativo *ad*, ut ἐπὶ τοὺς διδασκάλους ad præceptores: *propter*, ut ἐπὶ τοῦτο propter hoc: *contra*, ut ἐπ' ἐμὲ contra me.

Composita *in*, seu *super* significat, ut ἐπιγράφω inscribo: item *sero*, ut ἐπιμυθεύομαι post factum consulo: item *contra*, ut ἐπιτειχίζω murum oppono.

7. Κατὰ, cum Genitivo *contra*, ut κατὰ Χριστιανῶν contra Christianos: *de*, ut κατὰ σπουδαίων de studiosis: *per* in jurando; ut κατὰ Θεῶν per Deos: *præ*, ut κατὰ χειρῶν præ manibus: *supra*, ut κατὰ πετρῶν supra petras.

Cum Accusativo *secundum*, ut κατὰ τύπον ad exemplar; κατὰ νόμον secundum legem; κατὰ δύναμιν

pro viribus; κατ' αὐτό, κατ' αὐτά, κατὰ τὰ αὐτά ad eumdem modum; τὰ κατ' ἄνθρωπον quæ sunt secundum hominem, quæ hominis facultatem non excedunt, item quæ hominem decent; κατ' ἀτιμίαν λέγω secundum ignobilitatem dico, i. e. quod adtinet ad ignobilitatem; εἰμὶ κατὰ σὲ sum qualis tu; οἱ κατ' ἐμὲ mei similes et æquales; κατὰ τὴν ἐμὴν vel plene κατὰ τὴν ἐμὴν δόξαν mea quidem sententia; κατ' ἐμὲ item *secondo me*; item pro viribus meis; καθ' ἕν, ἓν καθ' ἕν, καθ' ἓν ἕκαστον, καθ' ἕκαστον, et καθ' ἕκαστα secundum singula, singillatim; κατ' ἄνδρα viritim, singuli; κατὰ πλῆθος universi; κατὰ δύο bini; κατὰ τρεῖς terni, et sic deinceps; κατὰ πόλεις oppidatim; κατ' ἔπος in singulis versibus; κατὰ λέξιν ad verbum. *Per*, ut καθ' ἑαυτὸν per se, i. e. distinctus, discretus; δύο καθ' αὑτὰ duo ab aliis distincta, κατ' ἰδίαν privatim, per se solus, remotis arbitris; κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους per ea tempora, i. e illis temporibus; κατὰ γῆν per terram, terrestri itinere; κατὰ δαίμονα, καὶ τύχην forte, fortuna; κατ' ἐξοχὴν per excellentiam; κατὰ ἱστία φέρεται per vela fertur; κατὰ πάντα per omnia, omnino; κατὰ πόδας per vestigia. *Cum*, κατὰ σπουδὴν cum celeritate, i. e. celeriter. *In*, ut κατὰ τὴν ἀγορὰν in foro; κατὰ τὸν ἕβδομον λόγον oratione septima; κατ' αὐτὸ τοῦτο, ὃ eo ipso tempore, quo, tum, quum: κατὰ πρῶτον primo loco; κατὰ δεύτερον secundo loco, κατ' ὀφθαλμοὺς, vel κατὰ πρόσωπον in conspectu, ob oculos. *Ob*, ut κατ' αὐτὸ τοῦτο ob idipsum. *Circa*, ut κατὰ ὑπεροχὴν νόμοι leges circa excessum. *Circiter*, ut κατὰ ἐννεακόσια ἔτη ferme nongenti anni. *A*, ut κατὰ πρῶτα a principio. *Ad*, ut κατὰ νῆας ad naves, τὰ κατ' ἐμὲ quæ ad me pertinent; κατὰ κάθετον ad perpendicu'um: et *ad*, i. e. *versus*, ut κατὰ μεσημβρίαν πορεύεται meridiem versus vadit; ὁ κατὰ Βορέαν ad Aquilonem positus, Aquiloni obnoxius. *Tempus* et *locum*, ut καθ' ἡμᾶς apud nos, i. e. temporibus nostris, vel regionibus; οἱ καθ' ἡμᾶς ποιηταὶ nostrorum temporum, vel nostrates poetæ.

Composita *deorsum* significat: ut καταβαίνω descendo: item *contra*, ut καταφρονέω contra aliquem sentio: et *sub*, ut κατασκάπτω suffodio: et *subjectionem*, ut κατείδωλος obnoxius simulacris: et *habitudinem*, ut καταβολὴ constitutio: interdum majorem vim addit, ut καταμανθάνω perdisco.

8. Μετὰ cum Genitivo *cum*, ut μετὰ φίλων cum amicis. Poetice pro ἐπὶ, *de*, ut μετὰ πατρὸς ἀκούειν de patre audire: cum Dativo Poetice *inter*, ut μετὰ πρώτοισιν inter primos.

Cum Accusativo *post*, ut μετὰ τὸν πόλεμον post bellum: *in*, ut μετ' ἔριδας βάλλειν in lites conjicere, litibus implicare; μετὰ χεῖρας ἔχειν in manibus habere: *ad*, ut ἔβη μετὰ νῆας venit ad naves: *contra*, ut ἁμαρτάνειν μετὰ τοὺς Θεοὺς peccare in Deos: *propter*, ut ἑὸν μετὰ κάλλος ob suam pulcritudinem; *per*, ut μετὰ τὸν βίον per vitam; μεθ' ἡμέραν interdiu.

Composita *mutationem* significat, ut μεταφέρω, transfero: μεταβαίνω transeo: et *inter*, ut μετάφημι interloquor.

9. Παρὰ, cum Genitivo *a*, ut παρὰ Κυρίου a Domino. Significat etiam *excellentiam*, ut παρὰ πάντων τυγχάνει est super omnes, h. e. omnes excellit: et *contrarium*, ut παρὰ λόγου contra rationem.

Dativo juncta *prope*, vel *juxta*, ut παρὰ τῷ Κυρίῳ ἔλεος apud Dominum misericordia: *in*, ut παρὰ πολέμοις in bellis: *pro*, ut παρὰ τῇ συνηθείᾳ, pro more.

Accusativo *motum ad rem*, ut παρὰ σὲ ad te: *immorationem in aliqua re*, ut παρὰ τὰ Μαθηματικὰ in studiis Mathematicis: *præter*, ut παρὰ πρέπον præter decorum: *juxta*, ut παρὰ τὴν ὁδὸν juxta viam: *propter*, ut παρὰ τί quamobrem? *trans*, ut παρὰ ποταμὸν trans fluvium: *infra*, ut παρ' Ἀγγέλους infra Angelos: *supra*, ut παρὰ πάντας, supra ceteros, i. e. plusquam ceteri: et *intermissionem*, ut παρὰ μίαν ἡμέραν tertio quoque die, alternis diebus.

Composita minuit, ut ἀπράσημος ῥήτωρ malæ monetæ; h. e. adulterinus orator. Significat et *compa-*

rationem, ut παραβάλλω confero: *contrarium*, ut παράνομος iniquus. Item *prope*, ut παρακολουθῶ, proxime sequor: *trans*, ut παρέρχομαι transeo: *ad*, ut παρέρχομαι advenio, in medium prodeo.

10. Περὶ cum Genitivo *de*, ut περὶ ψυχῆς de anima; περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως de physica auscultatione; περὶ ἀρχῆς μάχεσθαι de imperio decertare: *præ*, ut περὶ ἁπάντων præ omnibus: *a*, ut εἴληφε περὶ Θεῶν a Diis accepit: *circum*, ut περὶ σπείους circum speluncam: *pro*, ut περὶ οὐδενὸς ἡγοῦντο pro nihilo ducebant, nihili faciebant.

Cum Accusativo *circa*, ut περὶ τὰ φοβερὰ ἡ ἀνδρεία fortitudo est circa terribilia; οἱ περὶ τὰ γράμματα qui versantur circa litteras, in litteris; τὰ περὶ ἐμὲ quæ me circumstant, mea; οἱ περὶ Παῦλον, qui sunt circa Paulum, i. e. Pauli socii, vel familiares, vel ministri; item ipse Paulus, eo prorsus modo, quo dictum est de ἀμφὶ: *circum*, ut ὁ περὶ τὸ πρόσωπον circum os offusus: *circiter*, ut περὶ ἀρίστου ὥραν circiter horam prandii; περὶ τριάκοντα circiter triginta: *ad*, ut ἔρχομαι περὶ τοὺς φιλοσόφους venio ad philosophos: *supra*, ut τοῦτο περὶ νοῦν ἐστι βροτῶν hoc superat mentes hominum: *erga*, ut χρηστὸς περὶ ἡμᾶς benignus erga nos: περὶ τὸν δεξάμενον κακὸς in eum, a quo fuit exceptus, ingratus: *apud*, ut περὶ ἑαυτὸν ἀπολείπεσθαι apud se reservare.

Cum Dativo *ex*, ut περὶ κῆρι φιλῶ σε, amo te ex animo: *circa* et *circum*, ut περὶ τῇ δέρῃ circa collum; περὶ στήθεσι circum pectora: *pro*, ut περὶ σφίσιν αὐτοῖς φοβοῦνται pro se ipsis, seu sibi ipsis timent.

Composita *circum* significat, ut περιπατέω obambulo. Item *excellentiam*, ut περικαλλὴς admodum venustus: περιγίνομαι præsto. Item *de*, ut περιαυτολογία de se ipso prædicatio.

11. Ὑπὲρ cum Genitivo *pro*, ut πρέσβευε ὑπὲρ ἡμῶν ora pro nobis; ὑπὲρ αὐτοῦ δέδοικα pro ipso timeo, i. e. ejus causa; ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν δόξης pro obtinenda gloria, gloriæ consequendæ gratia; ὑπὲρ τοῦ μὴ γενέσθαι τυραννίδα pro eo, i. e. in eum fi-

nem, ut ne tyrannus fieret; ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ pro Deo, i. e. Dei vice: *de*, ut ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς de umbra asini: *super*, ut ὑπὲρ κήπων ὄρος κεῖται super hortos mons est.

Cum Accusativo *supra*, ut ὑπὲρ ἄνθρωπον φρονεῖ supra hominem sapit; ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη βιοῦν supra centum annos vivere: *præter*, ut ὑπὲρ μοῖραν præter fatum: et *intermissionem*, ut ὑπὲρ μίαν, sive ὑπὲρ μίαν ἡμέραν tertio quoque die, alternis diebus.

Composita significat *defensionem*, ut ὑπερασπίζω defendo: *augmentum*; ut ὑπερμαίνομαι nimis insanio: *trans*, ut ὑπερβαίνω transcendo, ὑπερφίαλος fœdifragus, *transgressore delle confederazioni*.

12. Ὑπὸ cum Genitivo *sub*, ut ὑπὸ κόλπου, sub sinu: *propter*, ut ὑπὸ αἰδοῦς propter verecundiam: *a*, ut ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταναλίσκεται ab igne consumitur: *per*, ut ὑπὸ κήρυκος προηγόρευσε per præconem edixit: *apud*, ut ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων apud Græcos.

Cum Dativo *sub*, ut ὑπὸ τῇ λεοντῇ γελοῖόν τινα πίθηκον περιστέλλει sub pelle leonina ridiculam simiam tegit; ὑπ᾽ αὐτῷ ποιεῖν sibi subjicere; ὑπὸ γῇ, sub terram; ὑπὸ νυκτὶ sub nocte, i. e. in nocte, noctis tempore: *cum*, ut ὑπὸ φωτὶ πολλῷ προῄει, multo cum lumine procedebat.

Cum Accusativo *subter*, ut ὑπὸ γῆν subter terram: *infra*, ut ὑπ᾽ αὐτὸν infra ipsum: *ad*, ut ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν ad Trojam venit, *venne sotto Troja*: *sub*, ut ὑπὸ τὸ δέρμα sub cute; ὑφ᾽ ἡγεμόνα sub duce; ὑφ᾽ ἁμαρτίαν εἶναι sub peccato esse, i. e. obnoxium peccato; ὑπὸ τὴν κατάλυσιν sub finem; ὑπὸ κύνα sub canicula, i. e. tempore caniculæ, vel in ipso ortu canis.

Composita notat *diminutionem*, ut ὑποδείδω subvereor: *improbitatem materiæ*, ut ὑπόχρυσος aurum nequam: *subjectionem*, ut ὑπακούω obedio; ὑποσχεῖν τὴν δίκην pœnas subire: *sub*, ut ὑπάγω subduco, subtraho: *dolum*, ut ὑπάγω furtim surripio, item in errorem abduco, *seduco*: ὑπέρχομαι subrepo.

Præpositiones aliquando suis casibus postponuntur, tonusque retrahitur, diciturque εἰρήνης πέρι de pa-

ce, præter διὰ, ne accusativus a Ζεὺς, Iupiter, esse videatur.

Translato accentu præpositiones fiunt verba, ut ἔνι (quod pro ἐνὶ Poetis pro ἐν) pro ἔνεστι *licet*: ἔπι pro ἔπεστι *inest*, *adest*: πέρι pro περίεστι, *supra modum superest*. Sic ἄνα *surge* pro ἀνάστηθι.

Poetæ sæpe præpositiones per tmesin dissolvunt, ut κατὰ γαῖα ἐκάλυψε pro κατεκάλυψε.

Omnes Præpositiones memoriæ causa his versiculis clauduntur.

Ἐξ, ἀπὸ, ἀντὶ, πρὸ cum patrio solum sociabis.
Ἐν, σὺν cum dandi casu: dabis εἰς, ἀνὰ quarto.
Cum patrio et quarto καθ᾽, ὑπὲρ, διὰ, καὶ μετὰ junges:
Cum patrio, terno, et quarto παρὰ, πρὸς, περὶ, ἀμφὶ.
Καὶ ἐπὶ, καὶ ὑπὸ. Sed vatum exemplaria versans,
Reperies ἀνὰ cum terno, κατὰ, καὶ μετὰ juncta.

Præpositiones quædam inseparabiles, quæ fere extra compositionem nihil significant.

Augent	ἀρι:	ut	ἀρίδηλος valde manifestus.
	ἐρι:	—	ἐρίβρομος graviter fremens.
	δα:	—	δάσκιος pro δασύσκιος spissam umbram faciens.
	ζα:	—	ζαβάλλω pro διαβάλλω calumnior.
	λαι:	—	λαικάζω decipio, quod a λαὶ, et κάζω orno.
	λι:	—	λιπόνηρος valde improbus, quasi λίαν πονηρὸς.
	βου:	—	βουλιμία magna fames, quasi μέγας λιμὸς.
	ἵππος:	—	ἱππογνώμων, idest ὁ μεγαλογνώμων, magnanimus.
Privant	ἀ:	ut	ἀθάνατος immortalis.
	νη:	—	νήκερος sine cornibus.

Interdum tamen ἀ significat πολὺ multum: ut ἄξυλος lignosus; sic et νη: ut νήδυμος ὕπνος admodum suaviter membra pervadens somnus. Interdum ἅμα, simul; ut ἄλοχος, idest ὁμόλοχος, uxor. Interdum ἴσον, æquale; ut ἀτάλαντος æquiparandus. Interdum ἐναντίον contrarium: ut Φοίβῳ ἀγνώμονες Phœbo adversariæ. Interdum φαυλότητα vitium: ut ἄπους pro κακόπους, qui

infirmis est pedibus. Interdum δὺς, non facile: ut ἀόρατον, quod non facile conspicitur. Interdum nihil facit: ut στάχυς, ἄσταχυς spica: βληχρὸς, ἀβληχρὸς debilis.

δὺς, cui adversatur εὖ, difficultatem aut vitium significat: δυστυχία adversa fortuna: εὐτυχία prospera fortuna.

DE ACCENTIBUS.

Græci in suis vocabulis legendis et efferendis non quantitatis, quod faciunt Latini, sed accentus rationem habent. Quare de accentibus regulæ aliquæ tenendæ: quamquam etiam accentuum magister optimus est usus.

Accentus triplex est, ut obiter in principio diximus, quantum ad rationem legendi requirebatur: Acutus, Gravis, Circumflexus.

Acutus afficit ultimam syllabam, pænultimam et antepænultimam: Gravis in ultima tantum ponitur, quamvis in omni syllaba intelligatur, quæ acuto aut circumflexo careat; quam ob causam syllabicus dici solet: Circumflexus ultimam aut pænultimam occupat, et quidem nonnisi natura, vel natura simul et positione longam. Excipe tamen composita ex articulo subjunctivo et infinitivo τὶς, nam οὗτινος, ἧστινος, ᾧτινι, ᾗτινι, circumflexum habent in antepænultima: quibus adde dativos poeticos τοῖσδεσι, ταῖσδεσι pro τοῖς et ταῖς, quia licet una fiat vox, tamen pro duabus habetur.

Acutus in	ultima pænult. antep.	vocatur	oxytonus, ut τιμή. paroxytonus, ut λόγος. proparoxytonus, ut ἄνθρωπος.
Circumflexus in	ultima pænult.	vocatur	perispomenus, ut ποιῶ. properispomenus, ut σῶμα.

Quod Gravi notatur in ultima, Barytonum vulgo dicitur; quamvis omnia illa, quæ neque circumflexum, neque acutum in ultima habent, Gravitona dici soleant.

Oxytona mutant in ipso orationis contextu acutum suum in gravem, et tunc dicuntur ἐγκλινόμενα, idest *inclinata*: ut Θεὸς ἡμῶν *Deus noster* pro Θεός.

Non inclinatur tamen acutus in ipsa orationis se-

rie, si sequatur dictio enclitica: Θεός σου *Deus tuus*: Θεός ἐστι *Deus est*. Idem fit in fine periodi: ut πάντα βλέπει ὁ Θεός *omnia videt Deus*.

Interrogativum τίς retinet ubique suum accentum: ut τίς ἦλθε *quis venit?*

Accentus gravis et acutus abjectus per apostrophum ex vocali migrat in priorem syllabam, si pars orationis sit declinabilis: ut πολλὰ, καλὰ, χαλεπὰ; πόλλ', κάλ', χαλέπ', et mutatur in circumflexum, quum prior syllaba natura est longa, ut εἰμὶ, εἶμ': si non sit declinabilis, perit cum ipsa vocali: ut παρ' ἐμοὶ pro παρὰ ἐμοὶ *apud me*.

Compositio plerumque retrahit accentum: ut καλὸς *pulcher*, φιλόκαλος *studiosus munditiæ*; σοφὸς *sapiens*, φιλόσοφος. Hoc fere perpetuum est in particulis, α, ευ, δυς: ut κινητὸς *mobilis*; ἀκίνητος *immobilis*; εὐκίνητος *facile mobilis*; δυσκίνητος *difficile mobilis*: tum etiam in monosyllabis, quando componuntur: ut παῖς *puer*; εὔπαις *bonos habens liberos*: πούς *pes*, τρίπους *tripes*.

Aucta per paragogen, et per apocopen imminuta non mutant accentum: ut καλοῖς, καλοῖσι *pulcris*; τυπτέμεν Ionice, pro τυπτέμεναι Dorice, pro τύπτειν *verberare*.

Excipiuntur pronomina, quæ in fine adsciscunt ι: ut οὑτοσὶ pro οὗτος *hic*; ἐκεινοσὶ pro ἐκεῖνος *ille*. Item ἔγωγε *ego quidem*; ἔμοιγε *mibi quidem*: et quum ο præcedit syllabam adjectam per paragogen: semper enim in his est accentus in pænultima: ut πόντος, ποντόφι, *e ponto*: ἐμοῦ, ἐμέθεν *mei*.

Monosyllaba longa relicta post apocopen aliquando acuuntur: χρῆμι, χρῆ *opus sum*: aliquando circumflectuntur: κρῖ pro κριθὴ *hordeum*.

Monosyllaba longa post aphæresin relicta circumflectuntur: ut ἔφην, φῆν *dixi*; ἔφυν, φῦν *natus sum*.

De accentu acuto.

Si ultima syllaba sit brevis, acutus erit in antepænultima, ut φιλάνθρωπος *humanus*; ἄγγελος *nuntius*.

Si ultima fuerit longa, acutus erit in pænultima, ut φιλανθρώπου, αγγέλου.

Excipiuntur. 1. Quædam substantiva et adjectiva, ut παρθένος virgo; οργίλος iracundus; ολίγος paucus; πλησίος propinquus.

2. Genitivi Attici omnium numerorum secundæ classis contractorum: ut πόλεως, πόλεων, πόλεων; δυνάμεως, δυνάμεων, δυνάμεων.
3. Participia præteriti passivi, ut τετυμμένος *verberatus*; λελεγμένος *dictus*.
4. Verbalia in έον, ut ιτέον *eundum*; σπουδαστέον *curandum*.
5. Composita a nomine et præterito medio, quum active capiuntur, sunt paroxytona, ut μητροκτόνος *matricida*; θηροτρόφος *qui feras nutrit*; λαοφθόρος *qui populum corrumpit*: quum passive usurpantur, proparoxytona sunt, ut μητρόκτονος *a matre occisus*; θηρότροφος *a feris nutritus*; λαόφθορος *a populo corruptus*.
6. Omnes casus secundæ declinationis simplicium Attice inflexi, ut Μενέλεως, Μενέλεω, Μενέλεω, etc.
7. Vocabula desinentia in αι et οι, quæ in ratione accentuum pro brevibus habentur; ut διδάσκαλοι *magistri*; σύνοδοι *conventus*. Si tamen in eadem dictione sequatur aliqua consonans, longæ censebuntur, ut διδασκάλοις, συνόδοις.

Composita a χέω *fundo*; βάλλω *jacio*; πολῶ *verto*; λέγω *vel* λόγος, *quum habent præpositionem, proparoxytona sunt, ut* πρόχοος *æqualis*; σύμβολος *omen*; περίπολος *qui circumit*; κατάλογος *catalogus*: *quum vero aliam orationis partem præpositam gerunt, sunt paroxytona, ut* οἰνοχόος *pincerna*; ἑκηβόλος *eminus jaculans*; ὑμνοπόλος *qui hymnos tractat*; θεολόγος *theologus*.

In contractione ex gravi et acuto fit acutus, ut ποιέτω, ποιείτω.

De accentu circumflexo.

Longa natura ante finalem brevem, si tonum habuerit, circumflectitur, ut σῶμα *corpus*; μοῦσα *musa*. At τύπτε, τύψον paroxytona sunt: quia sola positione producuntur.

Excipiuntur. 1. Adverbium οἴκοι *domi*, ad distinctionem οἶκοι nominativi pluralis ab οἶκος *domus*.

2. Tertia persona aoristi activi optativi modi, ut ποιήσαιμι, ποιήσαις, ποιήσαι ad distinctionem infini-

tivi ποιῆσαι. At ποίησαι *fac*, est aoristus imperativi verbi passivi; sed activa significatione.

3. Item tertiæ personæ optativi activi desinentes in οι: in his enim censetur hæc diphthongus longa, ut τετύφοις, τετύφοι; φεύγοις, φεύγοι.

Interdum pænultima circumflectitur, licet ultima sola positione sit longa, ut χοῖνιξ *chœnix*: αὖλαξ *sulcus*. Id tamen non observatur ab omnibus.

In contractione ex acuto et gravi fit circumflexus, ut βοάετε, βοᾶτε *clamate*. Hic α et ε coalescunt, quorum alterum acutum, alterum gravem accentum habebat. Sic ποιέετε, ποιεῖτε *facite*. Sed tamen Λητόα, Λητώ, non Λητῶ *Latonam*: αἰδόα, αἰδώ *verecundiam*, quamvis hoc posterius aliqui circumflectant. Adde τῷ νόῳ, νῷ, a νόος *mens*.

De Accentibus Declinationum.

Qualis accentus est in recto, talis fere est in obliquis, nisi obstet aliqua ex infrascriptis Regulis: ut λόγος, λόγου, λόγῳ; Αἰνείας, Αἰνείου, Αἰνείᾳ; ἱππότης, ὦ ἱππότα; γεωμέτρης, ὦ γεωμέτρα; παιδοτρίβης, ὦ παιδοτρίβα; τοξότης, ὦ τοξότα; quamvis α sit breve. Tamen ὁ δεσπότης *dominus*; ὁ μητιέτης *consiliarius*: ὁ εὐρυόπης *late videns*, vel *sonans*; ὁ ἀκακήτης *non nocens*, in vocativo accentum retrahunt, ὦ δέσποτα, ὦ μητίετα, ὦ εὐρύοπα, ὦ ἀκάκητα.

In prima et secunda declinatione simplicium, si rectus sit oxytonus, tunc genitivus et dativus circumflectitur in omnibus numeris, ut Θεός *Deus*, Θεοῦ, Θεῷ, Θεοῖν, Θεῶν, Θεοῖς. In reliquis autem casibus acutus manet, ut Θεόν, Θεέ, Θεώ, Θεοί, Θεούς.

Si acutus fuerit in pænultima, ubique manebit, ut ξύλον *lignum*, ξύλου, ξύλῳ.

Si circumflexus fuerit in pænultima, mutatur in acutum, quoties ultima sit longa; ut οἶκος, οἴκου, οἴκῳ, οἴκοιν, οἴκων, οἴκοις, οἴκους.

Si acutus fuerit in antepænultima, in pænultimam transfertur, si ultima longa sit, ut ἄνθρωπος, ἀνθρώπου, ἀνθρώπῳ, ἀνθρώποιν, ἀνθρώπων, ἀνθρώποις, ἀνθρώπους.

Genitivus pluralis primæ declinationis in ultima circumflectitur, nisi in genitivis femininis adjectivorum, quæ descendunt a masculinis secundæ declina-

tionis: hi enim genitivi eumdem habent accentum, quem masculini: ὁ ἁγιος *sanctus*, τῶν ἁγίων; ἡ ἁγία *sancta*, τῶν ἁγίων.

In tertia Declinatione Simplicium.

Acutus in ultima recti erit in pænultima obliquorum, ut λαμπὰς, λαμπάδος, λαμπάδι lampas. Si vero pænultima fuerit longa natura, circumflectitur, quoties ultima fit brevis aut anceps, ut σωτὴρ, σωτῆρος, σωτῆρι *salvator*; ἀγὼν, ἀγῶνος, ἀγῶνι *certamen*.

Acutus, vel circumflexus in pænultima recti transfertur in antepænultimam obliquorum, quoties ultima sit brevis, ut βῆμα, βήματος, βήματι: μάρτυρ, μάρτυρος, μάρτυρι.

Acutus in antepænultima recti permanet, quoties ultima sit brevis, vel anceps, ut ἐπίγραμμα, ἐπιγράμματος, ἐπιγράμματι: quum vero ultima longa erit, accentus occupabit pænultimam, ut ἐπίγραμμα, ἐπιγραμμάτων.

Monosyllaba hujus declinationis acuuntur in genitivo et dativo singulari ac plurali in ultima, ut ἡ χεὶρ manus, τῆς χειρὸς, τῇ χειρὶ, ταῖς χερσί. In genitivo plurali, et genitivo ac dativo duali circumflectuntur in ultima, ut χειροῖν, χειρῶν. In accusativo singulari, in nominativo, accusativo, vocativo duali et plurali circumflectuntur in pænultima, si sit natura longa; ut χεῖρα, χεῖρε, χεῖρες, χεῖρας.

Excipiuntur. 1. Participia θεὶς, θέντος *qui posuit*: στὰς, στάντος *qui stetit*; δοὺς, δόντος *qui dedit*: ὢν, ὄντος *qui est*.

2. Τίς, τίνος interrogativum, quod tonum habet in priore per omnes casus; sed τὶς indefinitum tonum habet semper in posteriori syllaba, præterquam ubi amittit eum ratione inclinationis.

3. Genitivi παίδων puerorum, a παῖς; Τρώων Trojanorum, a Τρὼς; δᾴδων a δᾲς fax; δμώων a δμὼς famulus; φώτων a φὼς vir; θώων a θὼς lupus cervarius; φώδων a φὼς φωδὸς ustio; κράτων a κρὰς caput; πάντων a πᾶς omnis, cujus dativus pluralis est πᾶσι.

Diphthongi ευ et ου finales circumflectuntur, ut ὦ βασιλεῦ o rex; πανταχοῦ *ubique*. Adverbium tamen

ἰδοὺ *ecce*, excipitur, ut ab imperativo ἰδοῦ, *vide*, distinguatur.

Vocativus in ες a nominibus propriis in ης est proparoxytonum, ut ὁ Δημοσθένης, ὦ Δημόσθενες; ὁ Σωκράτης, ὦ Σώκρατες.

Irregularia sunt ἡ μία una, τῆς μιᾶς, τῇ μιᾷ, τὴν μίαν; μηδεμία, μηδεμιᾶς; ἄμφω ambo, ἀμφοῖν, δύο duo, δυοῖν; μήτηρ mater; Δημήτηρ Ceres; θυγάτηρ filia, quæ in obliquis paroxytona sunt τῆς μητέρος, τῆς θυγατέρος. Item vocativi ὦ σῶτερ, ἄνερ, δᾶερ, πάτερ a nominativis σωτὴρ, ἀνὴρ, δαὴρ, πατὴρ.

Nullo accentu notantur ὁ, ἡ, οἱ, αἱ, εἰς, ἐς, ἐν, ἐκ, ἐξ, οὐ, οὐκ, οὐχ, εἰ, ὡς. Possunt tamen habere accentum dictionum encliticarum, si illas in oratione præcedant.

DE ENCLITICIS.

Encliticæ dictiones sunt, quæ proprium accentum in contextu orationis vel omnino amittunt, vel ad ultimam syllabam præcedentis dictionis remittunt; ut ἤκουσά τινος, *audivi quemdam*; λόγος μου *sermo meus*.

Reperiuntur Encliticæ in sequentibus partibus orationis.

1. In articulo τοῦ, et poetice τεῦ pro indefinito τινὸς, *alicujus*, et τῷ pro τινὶ *alicui*.
2. In nomine τὶς *quidam*, per omnes casus: at τίς, τί, *quis*, *quid*, interrogativum, non est encliticum.
3. In pronomine μοῦ, μοὶ, μὲ cum suis dialectis μεῦ etc. non autem in ἐμοῖ, ἐμοὶ, ἐμὲ, ut nec in dialectis inde natis: σοῦ, σοὶ, σὲ; οὗ, οἷ, ἓ pariter cum suis dialectis. In duali pronominis tertiæ personæ encliticum est σφὲ et σφὼ seu σφωὲ, quando accipitur pro σφὲ tertiæ personæ: nam σφὼ secundæ personæ non est encliticum. In plurali autem ejusdem personæ encliticum est σφίσι et σφὶν, seu σφὶ pro σφίσι, ut et σφέας pro σφᾶς; sed non semper omnes. Post præpositionem ἕνεκα, et disjunctivam conjunctionem ἢ non inclinant.
4. In verbis εἰμὶ *sum*, et φημὶ *dico*, in omnibus personis et numeris præsentis temporis indicativi modi, exceptis secundis singularibus.

5. In adverbiis ποτὲ *aliquando*; ποθὲν, ποθὲ *alicunde*; ποθὶ *alicubi*; πῶς *quodammodo*; πὼ *adhuc*, *dum*; πῆ *alicubi*; ποῦ *uspiam*, quum infinite accipiuntur: si enim interrogative capiantur, enclitica non sunt.

6. In conjunctionibus γὲ, κὲ, τὲ, κὲν, πὲρ, ῥὰ, νὺ, θὴν, et similibus.

Synencliticæ vocantur, quando plures encliticæ conjunguntur, ut κυριός μού ἐστι *Dominus meus est*; τύπτουσί τινές με *verberant me aliqui*; et in hoc casu prior enclitica recipit accentum posterioris, ut videre est in exemplis allatis.

Inclinant, hoc est transferunt Encliticæ accentum suum in dictionis præcedentis finalem syllabam:

Vel quando præcedens dictio habet acutum in antepænultima, ut ἄνθρωπός τις *homo quidam*;

Vel acutum in pænultima, quæ cum ultima est trochæus: ut οὔτέ τι; οὔτέ ποτε; ἀλλό τι; ἴστέ με. Sed εἰμὶ et φημὶ post voces hujusmodi paroxytonas non inclinant;

Vel circumflexum in pænultima, modo ultima sit brevis, ut σῶμά τι *corpus quoddam*. Si tamen ultima sit longa positione, enclitica suum tonum retinet: ut κῆρυξ ἐστὶ *præco est*.

Amittunt vero accentum,

Si encliticam dictionem præcedat vox paroxytona: tunc enim enclitica, si sit monosyllaba, suum accentum omnino perdit, ut ξύλον μου *lignum meum*. Secus si disyllaba sit enclitica: nam tunc servat accentum, ut Πέτρος φησὶ *Petrus loquitur*;

Si dictio præcedens encliticam sit oxytona, ut πατήρ μου *pater meus*;

Si præcedens dictio sit perispomena, ut ὁρῶ τινας *video quosdam*.

Exceptio. Persona ἐστὶ habet acutum in prima, quando est initium orationis, vel subdita post οὐκ, καὶ, ὡς εἰ, ἀλλὰ et τοῦτο: ut ἔστι πόλις *est civitas*; εἰ ἔστι *si est*. Alias vel amittit, vel in præcedentem dictionem rejicit, vel in ultima sua retinet, juxta regulas ante præscriptas.

Quando encliticam præcedit vox gravem habens ac-

centum in ultima, gravis vertitur in acutum: ut καρπός σου, non καρπὸς σου.

Plerique volunt, pronomina enclitica retinere accentum, quando ponuntur cum præpositionibus aut cum disjunctivis conjunctionibus: ut διά σέ, *propter te*; περί σοῦ, *de te*; κατά μέ, vel σέ, *secundum me*, vel *te*.

Dictiones monosyllabæ retinent accentum suum, quum ponuntur ἐμφατικῶς, ut ἤκουσα σοῦ, audivi te, non alium.

DE FIGURIS DICTIONIS.

PROSTHESIS est littera vel syllaba principio dictionis addita, ut τεταγών pro ταγών, a τάζω *apprehendo*; σμικρὸς *parvus* pro μικρός.

APHÆRESIS est, quum littera vel syllaba principio dictionis subtrahitur: ut ὀρτή pro ἑορτή *festum*; ἱρος pro ἱερὸς *sanctus*.

SYNCOPE litteram vel syllabam e medio dictionis subtrahit: ut εὑράμην pro εὑρησάμην *inveni*; εγένατο pro εγεννήσατο *natus est*.

EPENTHESIS est, quum medio dictionis littera aut syllaba interseritur: ut ἔλλαβε pro ἔλαβε, ὁππότερος pro ὁπότερος *uter*.

APOCOPE fini dictionis aliquid detrahit: ut δῶ pro δῶμα *domus*; Ποσειδῶ pro Ποσειδῶνα *Neptunus*; βρῖ pro βριαρόν.

PARAGOGE est: quum extremæ syllabæ aliquid adjungitur: ut ἦσθα pro ἦς *eras*; τύπτεσκε pro ἔτυπτε *verberabat*.

METAPLASMUS est mutatio ultimæ syllabæ in eodem casu; ut κλάδι pro κλάδῳ *ramus*. Metaplasmus vero generis est quævis mutatio in dictione per poeticam licentiam.

ANTITHESIS (nonnulli αντίστοιχον vocant) est litteræ commutatio, ut πόρσω pro πόρρω *procul*; θάλαττα pro θάλασσα *mare*.

METATHESIS est litterarum ordo immutatus: ut ἔρξω *faciam* pro ῥέξω; ἔπραθον pro ἔπαρθον a πέρθω *vasto*; ἔδρακον pro ἔδαρκον a δέρκω *video*; καρτερὸς pro κρατερὸς *fortis*; κάρτος pro κράτος *robur*.

SYNALŒPHA est elisio quædam vocalis ante al-

teram in diversis dictionibus, ut τὰ μὰ pro τὰ ἐμὰ *mea*; τοὔνομα pro τὸ ὄνομα; θοἰμάτιον pro τὸ ἱμάτιον *vestimentum*; ὦ 'τάν pro ὦ ἔταν, ab ἔτης *o amice* vel *amici*.

ANADIPLOSIS, idest reduplicatio, est primarum vel secundarum syllabarum repetitio, ut κεκάμωσι pro κάμωσι; αταρτηρος pro ατηρὸς; ετήτυμον pro ἔτυμον.

SYNTAXIS DE CONCORDANTIIS.

Concordantiæ apud Græcos eædem ferme, quæ apud Latinos; sed observanda sunt hæc, quæ sequuntur.

1. Adjectivum cum substantivo non semper concordat in casu. Sæpe enim substantivum transit in genitivum, assumpto articulo: ut τὰ καλὰ ζῶα *pulcra animalia*, τὰ καλὰ τῶν ζώων.

Hoc quum fit, tunc ipsa adjectiva dicuntur poni partitive, ut apud Latinos, ovorum oblonga, lanarum nigræ. *Basilius etiam sine partitione dixit*, τὰ σύμπαντα τῶν τῆδε καλῶν universa hujus mundi bona.

2. Quando inter adjectivum et substantivum intercedit verbum substantivum, aut simile, tunc sæpe substantivo masculino, aut feminino subjungitur adjectivum neutrum: ut ἡ ἀρετὴ λυσιτελές ἐστι *virtus est utile*, idest *utilis*, vel *res utilis*, ut apud Latinos: *Triste lupus stabulis*.

3. Adjectivum aliquando ponitur solum, subaudito substantivo: ut τῇ προτεραίᾳ, τῇ ὑστεραίᾳ, etc. scilicet ἡμέρᾳ *pridie*, *postridie*, etc. εἰς τὴν αὔριον *in crastinum*; καθ' ἑκάστην *quotidie*.

1. Relativum poni potest in eodem casu cum antecedente: ut ἐκ τούτων, ὧν ἔχω *ex iis*, *quæ habeo*. Et ipsum antecedens haud raro omittitur, ut ἐξ ὧν ἔχω. Sic ἐξ ὧν ἐπέστειλας *ex iis*, *quæ scripsisti*, idest, *ex tuis litteris*.

2. Quædam dictiones relativæ interdum vacant: ut μηδένα ὅντινα *nullum*, apud Hermogenem; οἷος ἁβρότατος *delicatissimus*; πάντες ὅσοι *omnes*; μύρια ὅσα *sextenta*.

3. Relativum οἷος aliquando ponitur cum infinitivo, ut

τοιοῦτός ἐστιν, οἷος μὴ ψεύδεσθαι *is est, qui non mentiatur*, vel *talis*, *ut*, etc.

4. Pro relativo *qui*, sequente verbo infinitivo, adhiberi potest articulus præpositivus sequente participio: ut *qui dicit*, vel *is qui dicit*, ὁ λέγων, etc.

5. Dictiones relativæ multæ eleganter ponuntur, præcedente verbo substantivo ἐστί. Vide infra.

1. Nominativus et verbum frequentissime numero discrepant. Partitiva enim singularia nonnulla admittunt verbum plurale: ut ἕκαστος λέγει, vel λέγουσι, *unusquisque dicit:* sic et collectiva: ut ἡ πόλις θαυμάζει, vel θαυμάζουσι *civitas admiratur*. Neutra pluralia gaudent verbo singulari: ut ταῦτα ἐπαινεῖται *hæc laudantur*. Non raro tamen et cum plurali juncta reperias, ut ἃ τοῖς ἀκούσασιν ὀργὴν ἀξίαν ἐμποιήσουσι *quæ justam in auditoribus iram excitant*, Isocr. προνοίᾳ πλεῖστα κατορθοῦνται *prudentia plurima bene geruntur*, Thucyd.

Nomina dualia postulant verbum ejusdem numeri; sæpe tamen cum plurali conjuncta inveniuntur, ut ἄμφω ἐξέπνευσαν ἄθλιον βίον *ambo adflarunt miseram animam*. Eurip. Et vicissim pluralia aliquando adhærent verbo duali, saltem apud Poetas, ut

Ὡς ὅτε χείμαρροι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντες
Ἐς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄβριμον ὕδωρ.
Sicut quando torrentes fluvii de montibus fluentes
In convallem conferunt magno impetu ruentem aquam.
Homer. Iliad. Δ.

2. Verbo substantivo ἐστὶ, sequente relativo, eleganter interdum deest nominativus: ut ἔστιν ὃς, ἔστιν οὗ, etc. *est qui*, etc. vel *aliquis alicujus*, etc. Item pluraliter ἔστιν οἳ, ἔστιν ὧν, etc.. Sic addito τις: ut ἔστιν ὅστις, etc. pluraliter ἔστιν οἵτινες, quod et εἰσὶν οἵτινες, vel εἰσί τινες οἳ, etc. vel sic: ἔσθ' ὃς, ἔσθ' οὗ, etc. *est qui*, *est cujus*, etc. Item in adverbiis: ἔστιν οὗ, vel ὅπου *est ubi*, i. a. *alicubi*, ἔστιν ὅτε, vel ὁπότε *est quando*, i. e. *aliquando*; ἔστιν ὡς, vel ὅπως, vel ἔστιν ὃν τρόπον *est quomodo*, i. e. *aliquo modo*.

De Regimine.

In regimine eumdem servabimus ordinem partium, quem supra sequuti sumus. Primum igitur

De Articulis.

Articulus præpositivus hæc ferme habet, quæ observanda sunt.

1. Præponitur omnibus orationis partibus, ut ὁ λόγος, ὁ αὐτὸς, τὸ λέγειν, ὁ λέγων, ὁ χθὲς, ὁ μὲν, etc. ὁ δὲ etc. ὁ ἐν οὐρανῷ.

2. Nominibus propriis nunc additur, sed rarius, nunc non additur: ut Πλάτων et ὁ Πλάτων *Plato*. Proprii vim habet Θεὸς, quando de uno ac vero Deo loquitur. Dicimus igitur Θεὸς, vel ὁ Θεὸς.

3. Cum appellativis nominibus fere significat vel rem certam et jam cognitam, ubi adhibent Itali *il*, *la*, *lo*: ut ἀπόδος μοι τὸ βιβλίον *redde mihi librum*: vel excellentiam: ut ὁ ποιητὴς *poeta*, pro Homero.

4. Quoties nomen substantivum conjunctum habet adjectivum, libenter recipit articulum; ita tamen ut si adjectivum præponatur, unicus articulus modo adjectivo, modo substantivo præfixus sufficiat, ut τὸν εὔνουν πολίτην *cordatum civem*; ἐξ ὅλης τῆς καρδίας *ex toto corde*: quod si adjectivum postponatur, utrumque donandum est articulo, ut ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ *in Spiritu sancto*: εἰς τὰς οἰκίας ἦλθον τὰς ἡμετέρας *in ædes venerunt nostras*.

Idem servari solet, quoties loco adjectivi sequitur aliquid, quod adjectivi vim habeat, ut τῆς ὁδοῦ τῆς πρὸς τὴν σωτηρίαν *viæ quæ ducit ad salutem*, subauditur autem participium φερούσης, vel ἀγούσης; τῆς ἀναλγησίας, καὶ τῆς βαρύτητος ἀπαλλαγῆναι τῆς τῶν Θηβαίων *a molestia et stupiditate liberari Thebanorum*, Demosth. de Coron.

Atque hæc repetitio articuli vim habet distinguendi: ut ὁ λαγὼς ὁ θαλάσσιος *lepus marinus*.

5. Dictioni suæ postpositus explicat ac definit, ut ἡμεῖς οἱ Θρᾶκες *nos Thraces*; ἡνίκα ἥκομεν οἱ πρέσβεις *quum rediissemus nos legati*, Demosth. de pace.

6. Dictioni suæ postpositus ita, ut sequatur genitivus, idem valet, quod Latine *filius*: ut Πτολεμαῖος ὁ Λάγου *Ptolemæus Lagi filius*: sic et simpliciter ante genitivum: ὁ Κλεινίου *Cliniæ filius*.

7. Neutrum τὸ, vel τὰ cum genitivo substantivi ponitur pro ipso substantivo, ut τὸ τῆς τύχης, vel τὰ τῆς

τύχης *fortuna*. Sic apud Latinos *ratio officii*, idest *officium*: *ratio itinerum*, idest *itinera*. Interdum alio sensu: ut τὰ τοῦ Πλάτωνος *Plato*, idest *opera Platonis*, et similia.

Neutrum τὸ cum adjectivo neutro, ac fere superlativi gradus, ponitur eleganter pro subjunctivo ὅ, maxime quum recensitis levioribus, ad id, quod gravissimum sit, devenitur, ut καὶ τὸ πάντων αἴσχιστον, καὶ τοῖς ἐγγόνοις τὴν αὐτὴν εἰρήνην εἶναι ταύτην προσεψηφίσασθε, *quodque omnium turpissimum est, ut vel ipsos posteros hæc eadem involveret pax, insuper decrevistis*, Demosth. Philip. 2.

Poetæ etiam in aliis generibus articulo præpositivo pro subjunctivo utuntur, ut τὴν *pro* ἣν *Iliad.* α. τὰ *pro* ἃ *et* τῶν *pro* ὧν *Iliad.* ε, *etc.*

8. Ponitur interdum pro demonstrativo οὗτος vel ἐκεῖνος per omnia genera et casus, ut οἱ δὲ ἤνεγκαν *illi autem tulerunt*, Marc. c. 12. εἰ τὸ, καὶ τὸ ἐποίησεν ἄνθρωπος οὗτος, *si hoc, et hoc fecisset homo ille*, Demosth. de Corona.

9. Adhibetur nonnumquam pro interrogativis τίνος et τίνι in genitivo et dativo singulari, ut ἀγνοῶ, τῷ χρὴ πιστεῦσαι *nescio, cui credere debeam*, Lucian. Et pro indefinitis τινὸς et τινὶ, ut εἴ τῳ ποτε ἀνθρώπων γέγονε *si cui hominum factum est*, Demosth. Olynth. 3. κἂν ὑπ' ἐχθροῦ τῳ τοῦτο συμβαίνῃ *etsi hoc alicubi ab inimico contingat*, Idem de Coron.

10. Inter articulum et dictionem regentem eleganter aliquid interponitur, quod ab iis pendeat: ut οἱ τῶν φίλων παῖδες *amicorum liberi*.

11. De articulo cum pronomine, ceterisque partibus vide suo loco.

12. Articulus præpositivus servit divisioni: ut ὁ μὲν, ὁ δὲ *hic*, *ille*. Interdum et subjunctivus, sed rarius. 1. ad Cor. 11. ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει, *alius quidem esurit, alius autem ebrius est*.

1. Articulus substantivus idem valet, quod relativus apud Latinos: ut ὅς, ὅστις, ὅσπερ *qui*.

2. Poni potest in eodem casu cum antecedente. Vide supra de Concordantiis.

3. Eleganter adhæret verbo substantivo ἐστὶ. Vide supra de Concordantiis.

4. Servit interdum divisioni. Vide supra n. 12.

De Nomine.

1. Substantivis adduntur substantiva ferme in genitivo: ut θέλημα Θεοῦ *voluntas Dei*.

2. Quum quidpiam alicui tribuimus, id eleganter effertur per genitivum ad hunc modum: Ἀνὴρ εὖ ἔχων τῆς παιδείας, *vir magna eruditione*. Sic παιδείας ἀποχρώντως ἔχειν, *bene* vel *satis instructum esse litteris*; δεξιῶς ἔχων τῆς φύσεως *bona indole*, vel *felici ingenio*; εὖ ἔχων σοφίας *eximia sapientia*; πόῤῥω ἐλαύνων, vel ἐληλακὼς τῆς ἡλικίας *magno natu*: aut simili aliquo modo. Item per accusativum interveniente nomine adjectivo: ut νεανίας δεξιὸς τὴν φύσιν *adolescens bonæ indolis*. Vide Adjectiva.

3. Substantivum sequitur dativus: ut κριθὴ τῷ ὄνῳ, Lucian. *hordeum asino*: item εἰς τὸν ὄνον.

4. Interdum additur accusativus, ubi Latine est ablativus, nullo accedente adjectivo, ut ῥήτωρ τὴν τέχνην *professione rhetor*.

5. Substantivum etiam sequitur præpositio cum suo casu: ut ὁ ἐπὶ σοὶ πόθος *tui desiderium*; ἔχθρα εἰς Θεὸν *infensus Deo animus*: ἡ ἐμοῦ εἰς πάντας εὔνοια *mea in omnes benevolentia*. Sic ἡ πρὸς αὐτὸν φιλία, κοινωνία, ὁμοιότης, etc.

6. Substantiva interdum fiunt adverbia: ut σπουδῇ *celeriter*, etc. Interdum ponuntur adjective, ut τὴν ἑλλάδα φωνὴν ἐξέμαθον, pro τὴν ἑλληνικὴν, *didici græcam linguam*.

Adjectiva ante se habent quædam adverbia: ut λίαν, οὕτω, πολὺ, etc. *nimis*, *ita*, *multum*, etc.

Comparativa etiam et superlativa quasdam habent particulas. Xen. Παιδ. α. ἔτι πλείω *plura*. Sic ὡς πλεῖστα, ὅτι πλεῖστα, ὡς ὅτι πλεῖστα *quam plurima*. Post se quid habeant, vide in sequentibus.

Adjectiva hæc sequentia ponuntur cum genitivo.

1. Copiæ et inopiæ, ut μεστὸς, πλήρης, ἔμπλεως, ἀνάπλεως *plenus*; κενὸς *vacuus*; γυμνὸς *nudus*; ἔρημος *destitutus*, etc.

2. Communionis: κοινωνὸς *consors*; μέτοχος *particeps*; ἀμέτοχος *expers*. Item κοινωνὸς αὐτῷ τῶν πόνων; *socius ipsi in laboribus*. Sed hæc inter substantiva poni videntur posse.

3. Scientiæ ac memoriæ: ut ἔμπειρος *peritus*; ἄπειρος *rudis*, *imperitus*; ἐθὰς *adsuetus*.

4. Partitiva: ut ἕκαστος ἡμῶν *unusquisque nostrum*: et partitive posita: ut οἱ ἀγαθοὶ τῶν φίλων *boni amicorum*, idest *boni amici*.

5. Verbalia in κος: ut ποριστικὸς τῶν ἐπιτηδείων *qui facile comparat, aut suppeditat vitæ necessaria*. Item verbalia in τος privantia, active sumta: ut ἄγευστος *qui non gustavit*; ἀθέατος *qui numquam vidit*, etc.

6. Multa ἐλλειπτικῶς, deficiente ἕνεκα: ut μακάριος εἶ, τῆς θέας *beatus es propter visionem*, i. e. *qui videris*.

7. Quædam significantia diversitatem et alienationem: ut ἄλλοι τῶν σοφῶν *alii a sapientibus*; διάφορος τούτων *ab his discrepans*; ἕτερον τοῦ ἀγαθοῦ *diversum a summo bono*.

8. Ἄξιος *dignus*; ἀνάξιος *indignus*; ἐγκρατὴς *compos*, *qui coercere scit ac regere*; ἀκρατὴς, idest ἥττων *qui vincitur*, *qui succumbit*. Sic multa alia.

9. Comparativa et superlativa: ut Κροίσου πλουσιώτερος *Crœso ditior*; σοφώτατος ἁπάντων *omnium sapientissimus*.

Huc pertinent ea, quæ superlativorum vim habent: ut ἐξαίρετος *eximius*; ἔξοχος, *idem*; κορυφαῖος *princeps*, et similia.

Cum dativo junguntur hæc:

1. Æqualitatis ac similitudinis, et contraria: ut ἴσος *æqualis*; ἄνισος *inæqualis*; ὅμοιος *similis*; παρόμοιος *adsimilis*; ἀνόμοιος *dissimilis*.

2. Ἐπιτήδειος *idoneus*; ἀναγκαῖος *necessarius*; πιστὸς *fidelis*, et similia. Item quæ affectionem aliquam significant: ut εὔνους *benevolus*; κακόνους *malevolus*, etc.

3. Commodi et incommodi: ut λυσιτελὴς, σύμφορος, ὠφέλιμος, ἐπωφελὴς, χρήσιμος *utilis*; ἀλυσιτελὴς, ἀσύμφορος, ἄχρηστος *inutilis*.

4. Composita a σὺν et ὁμοῦ: ut σύσκηνος τῷ πατρὶ *contubernalis patri*; ὁμόψηφος ἐμοὶ *mecum sentiens*. Item cum genitivo: ὁμοτράπεζος τοῦ βασιλέως *eadem cum rege mensa utens*.

5. Verbalia passive sumpta: ut ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς *vulgo ignotum*; ζηλωτὸς τοῖς ἄλλοις, et apud Isocr. ὑπὸ τῶν ἄλλων *aliorum opinione beatus*.

6. Variantia quædam: γείτων τούτῳ, vel τούτου, *vicinus huic*, vel *hujus*. Sic φίλος *amicus*; ἐχθρὸς *inimicus*; ἴδιος *proprius*; κοινὸς *communis*; ἐναντίος *contrarius*, et similia.

1. Cum accusativo ponuntur multa per synecdochen, subaudito κατά: ut λευκὸς τοὺς ὀδόντας *albus dentes*, idest *albis dentibus*; ὅμοιος τἄλλα *cetera similis*, i. e. *quoad cetera*. Interdum accusativus transit in dativum: ut ἁπλοῦς τῷ τρόπῳ *simplex moribus*. Accusativus hujusmodi etiam substantivis additur: ut Σύρος καὶ τοὔνομα καὶ τὴν πατρίδα *Syrus et nomine et patria*. Vide substantiva. Aliquando accusativo additur præpositio εἰς, ut ὅμοιος εἰς φύσιν *moribus*, sive *natura similis*.

2. Accusativus interdum redundat: ut δέκα τὸν ἀριθμὸν *decem numero*; τοσοῦτοι τὸ πλῆθος *tam multi*; τηλικοῦτοι τὸ μέγεθος *tam magni*.

3. Quædam accusativo gaudent interveniente præpositione, ut πρόθυμος εἰς ταῦτα *promtus ad hæc*; ὀκνηρὸς εἰς, vel περὶ ἅπαντα *piger ad omnia*, *timide accedens ad omnia*.

1. Adjectivis junguntur etiam verba infinitiva, participia, præpositiones, particulæ.

Verba infinitiva sæpissime. Vide Infin.

Participia minus sæpe, sed junguntur tamen his, et similibus: δῆλος, καταφανὴς, etc. ut δῆλός ἐστι παίζων, quod et φαίνεται παίζων *manifestum est jocans*, i. e. *manifestum est*, vel *apparet*, *eum jocari*.

Præpositiones etiam cum suis casibus adhærent adjectivis: ut ἀνήμερος ἐπὶ τῶν ἄλλων, vel εἰς ἄλλους *inhumanus in alios*; φρόνιμος περὶ τούτων, idest σοφὸς τάδε *peritus harum rerum*.

Particulæ adhærent comparativis: πλουσιώτερος, ἢ Κροῖσος *ditior*, *quam Crœsus*. Reperiuntur et cum positivis: ut οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο *nihil aliud quam hoc*.

2. Adjectiva neutro genere fiunt substantiva: ut τὸ διάφορον, idest ἡ διαφορὰ *differentia*, etc.

Item in aliis generibus, et quidem in ἀλλήλων, *semper*: ut ἐφίλουν ἀλλήλους, amabant inter se: *in quibusdam non semper:* ut πάντες, πολλοὶ, ὀλίγοι, ὁ γείτων, οἱ προσήκοντες, ὅμοιος, *etc. Ex hoc genere est* ἕκαστος, *quod et* αὐτὸς ἕκαστος, *etc.* ἕκαστός τις, etc.

3. Adjectiva neutra in singulari et plurali fiunt adverbia: ut πότερον et πότερα *utrum*.

Item in aliis generibus: ut δρομαῖος ἦλθεν *currens venit*, i. e. *curriculo* vel *cursim*: sic ταχὺς etc. Eleganter hoc fit in iis, quae significant tempus: ut τριταῖος, *tertianus*, idest *tertio die*, etc.

De Pronomine.

1. Possessivorum loco saepius utimur genitivis primitivorum: ut ὁ ἐμὸς, ὁ ἐμοῦ vel ὁ ἐμαυτοῦ *meus*, etc.

Possessivum σφέτερος cum genitivo relativi: τὰ σφέτερα αὐτῶν *sua*: sic et ἴδια αὐτῶν.

2. Demonstrativa οὗτος et ἐκεῖνος nominibus praeposita, vel postposita iis fere semper largiuntur articulum, ut κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους *illis temporibus*; οὗτος ὁ λόγος *hic sermo*; αὕτη ἡ ἀρχὴ vel τοῦτο ἡ ἀρχὴ τῶν κακῶν, τὸ μὴ θέλειν, etc, *hoc est principium malorum, nolle*, etc. ὁ ἀγὼν οὑτοσὶ *hoc certamen*.

3. Relativum αὐτὸς *ipse*: sed praeposito articulo, ὁ αὐτὸς *idem*. Atque hoc dativo jungitur: ut γινώσκει τὸ αὐτὸ ἡμῖν *idem sentit quod nos*.

Pro dativo interdum aliae dictiones: ut Chrysost. ταὐτὸν ποιήσεις, ὥσπερ ἂν εἰ τὸν ἰχθὺν ἐκ τοῦ ὕδατος ἐξήγες *idem feceris, ac si piscem ex aqua extraxeris*.

4. Dativus relativi αὐτὸς interdum ita ponitur, ut subaudiatur σὺν: ut εἷλε τὴν ναῦν αὐτοῖς τοῖς ἐπιβάταις, *navem cepit una cum ipsis vectoribus*.

De Verbo.

Verborum genera constituemus tria, Activum, Passivum, Neutrum. In Activis ponentur ea, quae quacumque terminatione accusativum habent patientem: in Passivis, quae genitivum agentem: in Neutris, quae neutrum.

De Activis.

Activa, ut apud Latinos, sic et apud Graecos, nunc cum solo ponuntur accusativo: ut ἀσκεῖν τὴν ἀρετὴν *virtutem colere*; nunc praeter accusativum habent et alium casum, genitivum videlicet in Possessivis, dativum in Acquisitivis, Accusativum in Transitivis.

1. Possessiva sunt primum verba commonefaciendi;

ut *ἀναμιμνήσκω*, vel *ὑπομιμνήσκω σε τοῦ ὅρκου admoneo te jurisjurandi.*

Hic genitivus aliquando transit in accusativum: ut *ταῦθ' ὑμᾶς νῦν ὑπέμνησα hæc vobis nunc in memoriam redegi.*

2. Accusandi, damnandi, absolvendi. Cum his enim et similibus crimen ferme ponitur in genitivo; ut *αἰτιῶμαι, ἐπαιτιῶμαι, διώκω, διωκάθω, κατηγορῶ, γράφομαι* (reperitur et *γράφω*) *τὸν ἀδελφὸν προδοσίας accuso fratrem proditionis.*

Hic genitivus criminis manet et in Passivis: ut διώκομαι, κατηγοροῦμαι προδοσίας, accusor proditionis: et *reperitur in Neutris: ut ἐπεξέρχομαί σοι φόνου*, arcesso te cædis.

Crimen sæpe in accusativo, maxime si persona in alio ponatur casu: ut *κατηγορῶ σου κλοπήν*: atque hoc rectius, quam *κατηγορῶ σε κλοπῆς accuso te furti; καταψηφίζομαί σου κλοπὴν condemno te furti.*

Pœna eodem modo frequentissime in accusativo: ut *καταγινώσκω, κατακρίνω, καταψηφίζομαί σου θάνατον, τιμῶμαί σοι θάνατον damno te capite:* raro in genitivo, tum videlicet, quum persona ponitur in accusativo: ut *καταγινώσκω σε θανάτου.*

Verbum *ζημιῶ* valde variat. Dicimus enim *ζημιῶ σε χρημάτων, χρήμασι, χρήματα*, et *εἰς χρήματα mulcto te pecunia.* Usitatissimus autem hic est dativus, uti et in Passivo: ut *ζημιοῦμαι θανάτῳ, φυγῇ*, etc. *mulctor morte, exsilio*, etc.

Ad hanc regulam pertinent verba laudandi, probandi, admirandi, et contraria: ut *μακαρίζω σε τῆς ἀρετῆς beatum te prædico ob virtutem; ζηλῶ, idem; ἐπαινῶ, laudo; ἀποδέχομαι, probo; θαυμάζω, admiror*, etc. Item permutatis inter se casibus: *μακαρίζω σου τὴν ἀρετήν*, etc.

Item pro casu rei aliud quidpiam: ut θαυμάζω σου, ὅπως οὐ λέγεις, etc. *Isoc.* miror te non dicere, *vel* qui non dicas, etc.

Æstimandi. Hinc pretium ponitur in genitivo: ut *πολλοῦ τιμῶμαι ταῦτα magni hæc æstimo; πλείονος*, vel *μείζονος pluris; πλείστου plurimi*, vel *maximi.*

Item addita præpositione *πρὸ*, vel *ἀντὶ*, ut *πρὸ παν-*

τὸς, vel ἀντὶ παντὸς τιμῶμαι *maximi æstimo*, vel *nihil est, quod malim, nihil est, quod æque cupiam, nihil est omnium rerum, quod non minoris putem.*

Ποιοῦμαι ferme cum περὶ: ut περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι τὴν εἰρήνην, *pacem magnifacio*; περὶ πλείονος, *pluris*, etc. ut supra: περὶ ὀλίγου, *parvi*; περὶ ἐλάττονος *minoris*; περὶ οὐδενὸς *nihili*. Sic οὐδὲν τίθεμαι, vel παρ' οὐδὲν τίθεμαι τὰ ἐπὶ γῆς *ea, quæ in terris sunt, nihili facio*. Sic μηδὲν τίθεσθαι apud Basilium reperitur, et hoc modo ἐν μεγάλῳ τίθεμαι, vel ποιοῦμαι *magnifacio*.

Huc referri potest ἀξιῶ *æstimo*: ut πόσου ἀξιοῖς ταῦτα *quanti hæc æstimas?* Item *dignum puto*: ut κοινῆς τραπέζης ἀξιώσας αὐτὸν *communi eum dignatus mensa*.

Quædam genitivum habent pro Latinorum ablativo. Ea sunt sequentia.

1. Verba implendi, onerandi, et contraria: ut γεμίζω τὴν φιάλην οἴνου *impleo phialam vino*; πίμπλημι, *impleo*; πληρόω, *idem*; κενόω, *evacuo*.

Apud Diodorum pro genitivo reperitur et dativus cum verbo πληρόω.

Ad implendi verba referri potest γεύω σε τῶν θείων *gustum do tibi rerum divinarum*.

2. Liberandi: ut ἀπαλλάττω σε τῶν κακῶν *libero te malis*, λύσω σε τῶν δεσμῶν *solvam te vinculis*; ἔπαυσέ με τῆς ἀνίας *finem mœrori meo attulit*.

Item cum præpositione: ut ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ *libera nos a malo*. Sic ῥύεσθαι, vel σώζειν τινὰ ἐκ τῶν κινδύνων, ἐκ τοῦ θανάτου, etc. *liberare, eripere aliquem e periculis, morte*, etc.

3. Privandi: ut γυμνῶ σε πάντων τῶν ἀγαθῶν *spolio te omnibus bonis*.

4. Pellendi, prohibendi, removendi ac separandi: ut διώκω, ἐλαύνω, ἐκβάλλω σε τῆς οἰκίας *ejicio te domo*; εἴργω, κωλύω τὸν πατέρα φόνου *prohibeo patrem cæde*, idest *impedio quominus cædem faciat*; ἐχώρισέ με τῶν ἄλλων *segregavit me ab aliis*.

Item addita præpositione, quando accusativus est rei: ut Chrysost. τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἐκ τῆς ψυχῆς ἐξελάσαι, *Dei timorem ex animo expellere*.

5. Multis additur genitivus significans partem: ut λύκον τῶν ὤτων κρατῶ *lupum auribus teneo*.

Quæ apud Latinos cum separativis in ablativo interveniente *a*, *ab*, *abs*, *de*, *e*, *ex*, ea apud Græcos haud raro ponuntur in genitivo interveniente ἀπὸ, παρὰ, ἐκ, aut similia.

Cum hujusmodi igitur verbis in genitivo pones primum id, a quo aliquid accipitur, emitur, etc. Secundo, a quo aliquid auditur, discitur, intelligitur. Tertio, a quo aliquid petitur: ut αἰτοῦμαι τοῦτο παρὰ Θεοῦ *hoc a Deo peto*.

Sic et Neutrum χρέομαι *cum hujusmodi genitivo: ut* τίνος δέῃ παρ' ἐμοῦ; quid est, quod a me petis? *Item sine præpositione, sed cum accusativo rei, ut jam sit Activum. Xenoph.* ὅ τι δέοιτο αὐτοῦ Κῦρος, quod ab eo peteret Cyrus.

Acquisitiva ferme eadem, quæ apud Latinos: δέδωκεν ἑαυτὸν τῷ Θεῷ *dedit se Deo*; ὁμολογῶ σοι χάριν, vel χαριστήρια τῆς φυλαχθείσης πίστεως *ago tibi gratias de servata fide*, vel *quod manseris in fide*; ἔγνω, ἔχω, μέμνημαι, οἶδα, ὀφείλω σοι χάριν *habeo tibi gratiam*; πολλὴν ἔχω σοι χάριν *magnam habeo tibi gratiam*, *multum te amo*; χάριν οἶδά σοι τούτου *hujus rei habeo tibi gratiam*; χάριν ἴσθι *beneficii loco pone*; χάριν σοι προσθήσουσι, Thucyd *id gratiæ apponent tibi*.

Ἀποδίδωμι, ἀπονέμω, ἀπομνημονεύω, ἐκτίνω σοι χάριν *refero tibi gratiam*; ἀπεμνήσατο χάριν, *gratiam retulit*. Sic χάριν, vel χάριτας ἀνταποδιδόναι Bud in Ep. χάριτας ὁμοίας ἀνταποδιδόναι, Æsch. *parem gratiam referre*. Is cui gratia refertur, dicitur χάριν ἀπολαμβάνειν.

Multa apud Græcos sunt Acquisitiva, quæ apud Latinos Effectiva, vel potius Affectiva. In dativo enim ponitur primo id, quo aliquem armamus, munimus, vestimus. Secundo, quo alimus, ac nutrimus. Tertio, quo implicamus, impedimus, et contra. Quarto, quo ornamus, corroboramus, et contra: ut ἐτείχισεν ἑαυτὸν οὐχ ὅπλοις, ἀλλ' εὐχαῖς, *non armis, sed orationibus se munivit*.

Multa sunt Acquisitiva virtute præpositionis, cum qua componuntur: ut περιβάλλειν τινὰ μεγάλαις συμφοραῖς *conjicere aliquem in magnas calamitates*, etc.

Transitiva sunt, quæ sequuntur.

1. Αἰτῶ *flagito*, *peto*; ἀπαιτῶ *posco*, *reposco*, *exigo*;

ἐκλέγω, πράττομαι, εἰσπράττομαι, et εἰσπράττω *exigo*; ut πράττομαί σε μνᾶν *minam abs te exigo*.

2. Διδάσκω *doceo*, ἀναμιμνήσκω, et ὑπομιμνήσκω *admoneo*, *commonefacio*. Duo ultima etiam inter Possessiva posuimus.

3. Quædam Acquisitiva apud Latinos Transitiva sunt apud Græcos: ut οὐ πείθω σε ταῦτα *non possum tibi hæc persuadere*; ἐπιτρέπω σε τοῦτο; *concedo tibi hoc*; quod tamen et cum dativo usurpatur.

4. Quædam beneficii verba, et contraria: ut εὖ δρῶ, εὖ ποιῶ; εὐεργετῶ σε μεγάλα *magnis te afficio beneficiis*. Κακὸν ἐμὲ ἐργάσεται *dabit mibi malum*. Τί ἂν ἐργάσαιο τοῦτον, *vel* δρώης, *vel* ποιοίης *quid hoc homine facias?* Βλάπτω σε μεγάλα *magna tibi adfero detrimenta*. Ἀδικεῖ με πολλὰ *multis me onerat injuriis*.

De Ἀδικῶ σε ἀδικίαν vide casus communes.

Si accusativus rei detrahitur, erunt Activa simplicia: ut εὐλογῶ σε *benedico tibi*, etc.

Quædam Attice sunt Transitiva, quæ alioqui Possessiva: ut ἀφαιροῦμαί σε τὰ χρήματα *spolio te pecunia*; pro ἀφαιροῦμαί σε τῶν χρημάτων, vel σοῦ τὰ χρήματα: sic καὶ τὰ ἡμέτερα ἡμᾶς ἀποστερεῖ *etiam ea, quæ nostra sunt, nobis eripit*.

Geminus accusativus additur etiam verbis vocandi: ut τοῦτο καλοῦσί με *ita me appellant*.

Item aliis multis; ut ποιῶ, ἀποδείκνυμι, ἀποφαίνω, καθίστημι, ἀπεργάζομαι αὐτὸν εὐδαίμονα *reddo eum felicem*; χειροτονοῦσιν αὐτὸν ὕπατον *creant eum consulem*. In his, et similibus uterque accusativus ferme ad eamdem rem pertinet.

Quædam Activa etiam ad alia pertinent genera. Vide infra in fine Neutrorum.

Ab Activis in ω et μι descendunt Passiva, de quibus infra: sed non ab omnibus: πάσχω enim non facit πάσχομαι, etc.

Ab Activis in μαι non formantur Passiva. Quædam tamen ex hujusmodi Activis aliquando etiam Passive usurpantur: ut πολλὰ εἴργασται κακὰ *multa perpetrata sunt mala*.

De Passivis.

Passivis additur genitivus agentis accedente præpositione ὑπὸ, παρὰ, πρὸς, et interdum ἐκ: ut τύπτομαι ὑπὸ τοῦ διδασκάλου *vapulo a præceptore*. Interdum dativus absque præpositione, ut apud Latinos.

Nominativus, qui verbo præponitur, in simplicibus fit ex accusativo: ut τύπτω τὸν μαθητὴν, ὁ μαθητὴς τύπτεται *verbero discipulum*, *discipulus verberatur*.

Ante Possessiva hic nominativus non est personæ, sequente vel crimine in genitivo: ut κατηγοροῦμαι κλοπῆς, accusor furti; vel pœna in genitivo, dativo, accusativo: ut κατεψηφίσθην φυγῆς *exilio damnatus sum*; ἐζημιώθην χρήμασι *mulctatus sum pecunia*; κατεκρίθην θάνατον, *damnatus sum capite*; nunc vero rei: ut κατεψήφισται, κατακέκριται, κατέγνωσταί μου θάνατος *damnatus sum capite*.

Pro genitivo pœnæ reperitur et verbum infinitivum, ut *Lucian. in Asino*, κατεκέκριτο θηρίοις ἀποθανεῖν, damnatus erat ad bestias.

In Acquisitivis non semper accusativus transit in nominativum, manente dativo: ut προστάττω τοῖς ἐμοῖς πολλὰ; πολλὰ τοῖς ἐμοῖς προστάττεται *impero meis multa*, etc. sed interdum dativus, manente accusativo, ut ἐπιτρέπω αὐτοῖς τὴν δίαιταν; αὐτοὶ ἐπιτρέπονται τὴν δίαιταν *permitto ipsis arbitrium*, etc. Ἐπίστευεν ἐμοὶ τὴν βασιλείαν, ἐγὼ ἐπιστευόμην τὴν βασιλείαν *committebat mihi*, vel *credebat mihi regnum*, etc.

In Transitivis persona ferme transit in nominativum, manente casu rei: ut ἀπαιτοῦμαι ἰσχὺν *postulantur a me vires*; διδάσκομαι ὕμνους *doceor*, vel potius *disco hymnos*, etc.

Si uterque accusativus ad eamdem rem pertineant, ambo transeunt in nominativum, ἀναγορεύω Κικέρωνα ὕπατον, Κικέρων ἀναγορεύεται ὕπατος *renuntio Ciceronem consulem*, *Cicero renuntiatur consul*.

Quædam Passiva etiam ad alia pertinent genera. Vide infra in fine Neutrorum.

Passiva formantur ferme ex Activis. Vide supra in fine Activorum; raro ex Neutris. Vide infra in fine Neutrorum.

Passiva nonnumquam supplentur per Activa: ut εὖ δρῶ, et εὖ ποιῶ, non formant Passivum, sed ejus loco

dicimus εὖ πάσχω ὑπὸ Φιλίππου, *beneficium accipio, beneficiis afficior a Philippo*; μεγάλα ὑπὸ τούτου εὖ ἔπαθον *magna ab hoc beneficia accepi*: sic κακῶς πάσχειν *male accipi*. Atque hic præpositio ferme est ὑπὸ. Quando vero pro adverbio est nomen, ut ἀγαθὸν πάσχειν, κακὸν πάσχειν, δίκαια πάσχειν, tunc præpositio est vel πρὸς, vel ὑπὸ: ut ἀγαθὸν πάσχειν πρὸς τῶν φίλων, et κακὸν πάσχειν ὑπὸ τῶν πολεμίων.

Ab Activis ἀντευδρῶ, ἀντευποιῶ *beneficium repono, beneficium reddo*. Passivum erit ἀντευπάσχω *beneficium mihi redditur*: sed sine casu agentis.

Passiva supplentur et per Neutra, ut ἀπέθανον ὑπὸ τοῦ Ἕκτορος *interii*, idest *occisus sum ab Hectore*. Πίπτειν ὑπό τινος *cadere ab aliquo*, idest *prosterni*. Μεγάλαις συμφοραῖς ὑπὸ τούτου περιπέπτωκε *in magnas ab hoc conjectus est calamitates*. Ὑφ' ὑμῶν ἀπολέσθαι *a vobis interire, interfici*.

De Neutris.

Neutra similium copulativa sunt ferme hæc.

1. Verba substantiva, et eorum vim habentia: ut εἰμὶ, τυγχάνω, ὑπάρχω, *sum*, γίνομαι, *sum*, vel *fio*; πέφυκα *natura sum*; ἀποβαίνω, *evado*; πάντες ὑπῆρχον ἕτοιμοι *omnes erant parati*.

Posterior nominativus interdum est participium: ut τυγχάνω γράφων, *idest* γράφω, sum scribens, *idest* scribo: *dicunt Itali*: mi ritrovo a scrivere: già io scrivo.

Pro εἰμὶ, *vel* τυγχάνω *eleganter dicimus* τυγχάνω ὤν.

2. Verba vocandi Passive accepta, et eorum vim habentia: ut ὀνομάζομαι, καλοῦμαι, προσαγορεύομαι, etc. Ἐκεῖνος ἀκούει ποιητὴς *ille audit poeta*, idest *vocatur*.

Observationes. 1. Ex duobus casibus, qui copulantur, posterior interdum transit in genitivum assumto articulo, ut Σωκράτης ἐστὶ σοφὸς, vel τῶν σοφῶν *Socrates sapiens*, vel *ex numero sapientum*.

2. Verbum substantivum sæpe omittitur, maxime si ex nominativis, qui copulantur, alter est nomen adjectivum neutrum: ut αἰσχρὸν σιωπᾶν *turpe est tacere*.

3. Infinitivum hujusmodi neutrum non solum copulat nominativos et accusativos, ut apud Latinos, sed etiam genitivos ac dativos, ut τῶν δοκούντων εἶναι ἀγα-

θῶν *eorum, qui videntur boni.* Ἔξεστιν ὑμῖν γενέσθαι μακαρίοις *licet vobis esse beatis.*

Quæ genitivum regunt hæc sunt.

1. Verba substantiva: ut εἰμὶ τῶν φίλων *sum amicorum*, idest *sum in ære*, vel *numero amicorum*.

2. Ἔχομαι *amplector, adhæreo*; ἀνέχομαι *sustineo* (sed hoc sæpius habet accusativum), ἀπέχομαι *abstineo*. Item σπλαγχνίζομαί σου vel ἐπὶ σοὶ, vel ἐπὶ σὲ *misereor tui*.

3. Ἀπολαύω *fruor*; καθικνοῦμαι *cedo*; λαμβάνομαι *prehendo, arripio, nanciscor*; ἐπιλαμβάνομαι, *idem*: εἰ τῶν οἴκοι ἐδράξατο *si ad suos rediisset*; πειρῶμαι *periculum facio, tento* (reperitur et πειρῶμαι τ' ἀγαθά); συνίημι *intelligo*, φείδομαι *parco*.

4. Adpetendi verba: ut ἐπιθυμῶ *concupisco*; γλίχομαι, ἐφίεμαι, ὀρέγομαι *adpeto*; ἐράω, ῶ, *amore tentor*; ἀντιποιοῦμαι *mihi vindico, adpeto*; στοχάζομαι *tamquam propositum scopum peto*. Sed ποθῶ *desidero, cupio, amo*, cum accusativo.

5. Adsequendi, impetrandi, et contraria: ut ἐφέκεσθαι ἀρετῆς *virtutem adsequi*; συγγνώμης τυγχάνειν, *veniam impetrare*; ἁμαρτάνειν, διαμαρτάνειν, ἀποτυγχάνειν *non adsequi*. Sic ἀτυχεῖν, πταίειν, σφάλλεσθαι, ψεύδεσθαι, pro eodem. Κιχέω tamen, seu κιχάνω *consequor, comprehendo*, cum accusativo.

6. Copiæ, et inopiæ: ut εὐπορῶ *abundo*; γέμω, *plenus sum*; πλουτέω *dives sum, abundo*; ἀπορῶ, χρήζω, δέομαι *egeo*. Sic καθαρεύω *purus sum, vaco*.

Item genitivus manet, quum verborum vis explicatur periphrasi: *ut* ὧν χρείαν ἔχω quibus egeo: ὧν αὐτοὶ ἐνδεῖς εἰσι quarum rerum inopia laborant.

Sed λείπομαι cum dativo apud Aristot. 3. Ethic. cap. 8. Ὁπόταν λείπονται τοῖς πλήθεσι, καὶ ταῖς παρασκευαῖς *quum destituuntur multitudine et adparatu*. Item βρύω, *scateo, abundo*, cum dativo et cum accusativo.

7. Communionis: ut μετέχω, μεταλαμβάνω, κοινωνέω *particeps sum, socius sum*; κληρονομῶ, *heres sum*. Additur præterea interdum etiam dativus personæ: vide infra.

8. Curæ et negligentiæ: ut φροντίζω, μέλομαι, ἐπιμέλομαι, ἐπιμελέομαι, κήδομαι *curo*; ἀμελῶ, παραμελῶ; ἀφυλακτῶ *negligo*; ὀλιγωρῶ *parum curo*.

Sic ου φροντίζω, ουδὲν φροντίζω, τοσοῦτον φροντίζω τῶν φίλων. *Item cum accusativo:* τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα. *Item cum præpositione:* φροντίζω ὑπὲρ σωτηρίας: φροντίζω περὶ τῶν ἐνθάδε, *vel* περὶ τὰ ἐνθάδε: *item cum adverbio:* φρόντιζε, ὅπως ποιήσεις: ου φροντίζω, εἴτε χεῖρον, εἴτε βέλτιον βιωσόμεθα.

9. Differentiæ ac distantiæ: ut διαφέρω, vel διενήνοχα, δἰίσταμαι, vel διέστηκα *differo*; ἀπέχω *absum*: πολὺ διαμαρτάνεις τῆς ἀληθείας, *longe a veritate aberas*.

Item cum Infinitivo: ολίγον εδέησαν αποκτεῖναι *parum aberat, quin interficerent*.

10. Dominationis: ut ἄρχω *impero*; δεσπόζω, κρατέω, κυριεύω, τυραννέω *dominor*; βασιλεύω, *regnum obtineo*; δυναστεύω *principatum gero*: *sic* επιστατῶ, προστατῶ, προστατεύω *præsum, tueor*. Item ἡγοῦμαι, sed vel cum genitivo, vel cum dativo: ut ἡγοῦμαί σου *præsum tibi*, vel *duco te*; ἡγοῦμαί σοι *dux sum tibi, præco*; sic et ανάσσω *impero*.

11. Excellentiæ ac præsentiæ: ut προφέρω, προέχω, ὑπερέχω *præsto*, διαφέρω, *excello*. Item contraria, απολείπομαι, ἡττῶμαι, νικῶμαι *cedo, vincor*, etc. Reperitur cum duobus ultimis etiam dativus. Habet et constructionem passivam.

Interdum hujus ordinis verba habent accusativum virtute præpositionis, cum qua componuntur: ut ὑπερβάλλω σε, etc.

12. Incipiendi ac desinendi: ut ἄρχομαι *incipio*, παύομαι, λήγω, αφίσταμαι *desino, desisto*. Huc pertinet, ὑπάρχειν αδικίας *injuria lacessere*; *priorem esse in inferenda injuria*.

13. Memoriæ et oblivionis: ut μέμνημαι *memini*; λανθάνομαι, et sæpius επιλανθάνομαι *obliviscor*, αμνημονῶ *non recordor*. Reperitur et accusativus. Demosth. οὐδ' αμνημονεῖ τοὺς λόγους *neque obliviscitur sermones*. Xenophon, επελάθου τι, ὧν εβούλου ειπεῖν *oblitus es aliquid eorum, quæ dicere volebas*.

Genitivus interdum habet præpositionem. Lucian. περὶ τοῦ ποδὸς αναμνησθεὶς *pedis mentionem faciens*.

14. Verba sensuum, ut ακούω, *audio*; οσφραίνομαι *olfacio*; γεύομαι *gusto*; ἅπτομαι, θίγω, ψαύω *tango*; αισ-

θάνομαι sentio. At videndi verba accusativum habent, interdum et alia.

15. Verba quædam absoluta fiunt possessiva virtute præpositionis, cum qua componuntur: ut *ἐκπίπτειν τῶν φρενῶν a mente discedere*.

Quæ regunt dativum, hæc sunt.

1. Verba substantiva: *ὑπάρχει μοι χρήματα sunt mihi nummi*.

2. Auxilii nonnulla: ut *βοηθῶ opitulor; ἀμύνω, idem; συνηγορῶ*, et *συναγορεύω patrocinor*.

3. Colloquii et consuetudinis: ut *διαλέγεσθαι, ἐντυγχάνειν, λαλεῖν, ὁμιλεῖν τῷ Θεῷ cum Deo colloqui*. Sic *ἐγγίζειν accedere; θαμίζειν frequenter accedere*, vel *audire*. Huc refer *εὔχομαι*, et *προσεύχομαι precor*.

4. Commodi et contr. *λυσιτελέω, συμφέρω possum; λυμαίνομαι noceo*. Sed *βλάπτω lædo, noceo; κακουργέω infesto; ἀδικέω injuria afficio, ὠφελέω juvo, prosum, ὄνημι*, idem, Activa sunt.

5. Convenientiæ: ut *ἁρμόζειν*, vel *ἁρμόττειν, πρέπειν, προσήκειν convenire*. Ex his primum etiam sequente præpositione: ut *ἁρμόττει πρὸς ταῦτα*, vel *εἰς ταῦτα*.

6. Eventus: ut *πολλά μοι ἐγένετο, συνέβη*, etc. *multa mihi acciderunt*.

7. Favoris aut studii, et contraria: ut *εὐνοέω bene volo; χαρίζομαι gratificor; φθονέω invideo; ἐχθρεύω odi:* sed *μισέω, idem*, cum accusativo, cui aliquando additur præpositio *ἐπὶ*.

8. Fidei: ut *πιστεύω credo, confido; πείθομαι, idem; πέποιθα confido, nitor; θαρρῶ, idem*. Item *θαρρῶ ποιεῖν audeo facere*.

9. Jubendi: ut *παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι præcepit iis, ab Hierosolymis ne discederent; παραινῶ σοι γράφειν*. Sic *παρακελεύω, ὑποτίθεμαι*. Sed *κελεύω σε ποιεῖν*, cum accusativo.

10. Iræ: ut *ὀργίζομαι, χαλεπαίνω irascor*. Huc referri possunt *ἐπιτιμῶ, ἐπιπλήττω increpo, objurgo; μέμφομαι reprehendo*, (quod et cum accusativo) *λοιδοροῦμαι convicior*.

11. Obsequii: *δουλεύω, λατρεύω servio; ὑπηρετέω ministro, famulor; πείθομαι, πειθαρχέω, obtempero; ὑπακούω obedio*, (quod et cum genitivo, ut *ὑπακούω τοῦ*

λόγῳ *pareo rationi*) εἴκω *cedo*; συμφέρομαι *consentio*; ὁμογνωμονέω, *idem*: sed θεραπεύω *colo*, *observo*, cum accusativo.

12. Repugnantiæ: ut ἐρίζω, φιλονεικέω *contendo*; διαφέρομαι *dissideo*; μάχομαι *pugno*; ανθίσταμαι *obsisto*; αντιλέγω *contradico*; παλαίω *luctor*; αμφισβητέω *dissentio*.

13. Sequendi: ακολουθέω, ἕπομαι, παρομαρτέω *sequor*. At διώκω *persequor*, *consector*, etc. cum accusativo; et επιστάω, *idem* cum dativo, vel accusativo.

14. Vicinitatis et consuetudinis: ut γειτνιάζω *vicinus sum*; εγγίζω *appropinquo*.

15. Utendi: ut χρῶμαι *utor*; καταχρῶμαι *abutor*; παραχρῶμαι, *idem*; ασθενεστέρῳ ἂν εχρώμεθα Φιλίππῳ *infirmiore uteremur Philippo*.

16. Mixta quædam: ut αρέσκειν *placere*; απαρέσκειν *displicere*; απεχθάνεσθαι *in odium incurrere*; αρκεῖν *satis esse*; εοικέναι, ὁμοιοῦσθαι *similem esse*; ἥδεσθαι *delectari*; κολλᾶσθαι *adfixum esse*, *adhærere*; περιπίπτειν *incidere*; χαίρειν *gaudere*; ἄχθεσθαι *dolere*. Huc pertinent αγαπῶ, αρέσκομαι, αρκῶ, στέργω *boni consulo*, *contentus sum*: sed vel cum dativo, vel cum accusativo. Item αγαπῶ ἔχων, idest αγαπητόν εστί μοι ἔχειν, *satis est mihi habere*.

Quædam dativum habent personæ et genitivum rei: ut συγγινώσκω *ignosco*; μέμφομαι *reprehendo*; βασκαίνω *invideo*; μετέχω, μεταλαμβάνω, κοινωνέω *socius*, vel *particeps sum*; μεταδίδωμι *communico*; αμφισβητῶ σοι τούτων *in his abs te dissentio*, *hæc tibi non concedo*.

Neutra interdum habent constructionem Passivorum.

Ex Neutris interdum formantur Passiva, sed raro: ut αμελῶ σου *negligo te*; αμελοῦμαί σου *negligor abs te*; πολεμῶ, *bellum gero*; πολεμοῦμαι *bello petor*.

Nonnulla verba ad plura pertinent genera: ut φεύγω τοὺς κακοὺς *fugio improbos*; φεύγω τῶν κακῶν *accusor* (*et in exsilium agor*) *ab improbis*: et φεύγω absolute, *fugio*, *reus sum*, *exsulo*; εγκαλῶ σοι αδικίαν, εγκαλῶ σοι αδικίας *accuso te injuriæ*; κατηγορῶ σε, κατηγορῶ σου, vel κατὰ σοῦ *accuso te*, κατηγορῶ σου φόνου vel περὶ φόνου, *accuso te cædis*; κατηγορῶ σε κλοπῆς, et κατηγορῶ σε κλοπὴν *accuso te furti*, ut supra in Activis: ἔχομαι ὑπὸ τῆς

Λαΐδος *babeor a Laide*; ἔχομαι τῆς ἐλευθερίας *amplector*, vel *tueor libertatem*.

De Impersonalibus.

Impersonalia construuntur his ferme modis.

1. Absolute: ut συννέφει *cælum obductum est nubibus*; ὕει *pluit*; ἀστράπτει *fulgurat*; βροντᾷ *tonat*.

2. Cum solo genitivo: ut τί χρὴ φίλων; *quid opus est amicis?*

3. Cum dativo et genitivo: ut δεῖ, ἐνδεῖ, προσδεῖ *opus est*; μέλει *curæ est*; μεταμέλει *pœnitet*; διαφέρει *interest*; μέτεστί μοι κινδύνων, idest μετέχω. Sic δεῖ μοι, idest δέομαι, etc. Item cum particula ut, Arist. 5. Ethic. cap. 3. οὔτε γὰρ, ἵνα ἐπαινῆται, μέλει αὐτῷ, οὐδ᾽ ὅπως οἱ ἄλλοι ψέγωνται *neque enim ut laudetur, ipsi curæ est, neque ut alii reprehendantur*.

4. Cum accusativo et genitivo, ut οὐδέ τί σε χρὴ ταύτης ἀφροσύνης *nihil opus est tibi hac dementia*. Homer. Iliad. η, et alibi.

5. Cum solo Infinitivo: ἐνδέχεται, ἐστὶ *copia est, licet*; χρὴ, δεῖ *oportet*; ἁρμόζει, πρέπει, προσήκει *decet, convenit*; συμβαίνει *contigit, accidit*: ut ἔστι νυνὶ ἐντυχεῖν τῷ διδασκάλῳ *licet ne nunc convenire præceptorem?*

6. Cum dativo et Infinitivo: ἀρέσκει *placet*; ἀπαρέσκει *displicet*; δοκεῖ *videtur*; ἔξεστι *licet*; περίεστι *datur, contigit*; συμφέρει *conducit*; πρέπει, προσήκει, συμβαίνει, ut supra; ἐπέρχεται *in mentem venit*; ἐπῄει μοι γελᾶν *risus mihi oboriebatur*. Sic ἀρκεῖ, ἐξαρκεῖ, ἀπόχρη. Reperitur et ἀποχρᾷ apud Herodotum, et ἐκχρᾷ, et καταχρᾷ *satis est, sufficit*. Item ἀποχρέεται apud eumdem Herodotum pro eodem.

7. Cum accusativo et Infinitivo: χρὴ, δεῖ, ἐστί: ut χρὴ ἐμὲ σιγᾶν *oportet me tacere*, etc.

8. Cum dativo vel accusativo et Infinitivo: ut διαφέρει, συμφέρει, πρέπει ἡμῖν, vel ἡμᾶς εὐσεβεῖν *colenda nobis est pietas*: sic προσήκει, sic συμβαίνει.

Quædam ex his variis modis construuntur, quæ paulatim poterunt observari.

Impersonalia passivæ vocis apud Græcos reperiuntur pauca: ex quorum numero sunt hæc: ἱκανῶς εἴρηται *satis dictum est*; ἱκανῶς ἤδη τεθρήνηται *satis jam lamenti*;

πεπίμισται *lege cautum*, vel *in more positum est*; πέπρακται *dictum est*, *conclamatum est*.

Additur interdum casus: ἀπείρηταί σοι μὴ ποιεῖν *interdictum est tibi ne facias*; εἵμαρταί σοι νικᾶν *in fatis est tibi, ut vincas*, κινδυνεύεται μοι διαφθαρῆναι, idest κινδυνεύω: sic ἤκται μοι, ἠγωνίσθη μοι, etc. Item accusativus: γυμνοὺς εἰσιέναι νομίζεται *nudos ingredi mos est*.

De Casibus Communibus.

In genitivo ponuntur ferme hæc.

1. Materia: πεποίηται χρυσοῦ *ex auro factum est*. Addi potest et præpositio ἐκ, vel ἐξ.

2. Ea res, quæ non patitur: ut πίνειν ὕδατος, quod et πίνειν ὕδωρ *aquam bibere*. Item pars illa, quæ maxime patitur: ut κρέμαμαι τῶν ὠτῶν *auribus suspensus sum*, vel *pendeo*; τῆς ῥινὸς ἕλκειν τινὰ *naso aliquem trahere*.

Sic κατέαγα τοῦ κρανίου, vel τῆς κεφαλῆς, per synecdochen *comminutum est mihi caput*. Nonnunquam additur præpositio: ut τοῦτον ἐκτέμωμεν ἐκ τῆς γαστρὸς *huic secemus ventrem*; et κρεμάσαι ἑαυτὸν ἐκ τοῦ τραχήλου *suspendere seipsum collo*. Sic et post nomen adjectivum: ut ἄχρηστον ἐκ τῆς ὁπλῆς *incommodum ex ungula*.

3. Pretium: ut οὐκ ὠνοῦμαι τοσούτου μετάνοιαν *non emo tanti pœnitentiam*; πέντε δραχμῶν ἐπριάμην, *quinque drachmis emi*. Genitivo additur nonnunquam præpositio, sed raro. Joel. τὰ κοράσια ἐπώλουν ἀντὶ τοῦ οἴνου *puellas vendebant pro vino*. *Sic* Epictetus Enchir. cap. 30. μὴ προϊέμενος ταῦτα, ἀνθ' ὧν ἐκεῖνα πιπράσκεται *non relictis, vel non neglectis iis, quibus illa venduntur*.

Reperitur pretium et in dativo, etc. ἰδίῳ αἵματι, *privato sanguine*. Etiam hic addi potest præpositio ἐπὶ: ut ἐπὶ μισθῷ μεγάλῳ ἀπαλλάττω σε τῶν δεινῶν *magna mercede libero te periculis*.

4. Species temporis: ut νυκτὸς ἦλθε *nocte venit*. Vide infra.

5. Participia absolute sumta. Vide Participia.

In dativo ponuntur hæc sequentia.

1. Instrumentum: ut χειρὶ αὐτὸν ἐπάταξεν *manu eum cecidit*.

2. Causa: ut φθόνῳ τοῦτο ποιεῖ *ex invidia hoc facit*.

Explicatur etiam per præpositionem cum suo casu: ut ὑπὸ φθόνου, vel διὰ φθόνον. Sic ογκοῦσθαι ἐπὶ γένει, ἐπαίρεσθαι ἐπὶ πλούτῳ, φυσᾶσθαι ἐπὶ δυνάμει, οὐδενὶ θέμις ἐστὶ *tumere genere, superbire divitiis, inflari potentia, nulli jus est*. Xenoph.

Item per participium: ut πάντα ὑπομένει δόξης ορεγόμενος *omnia sustinet gloriæ cupiditate*.

3. Modus: ut τίνι τρόπῳ γράφεις *quomodo scribis?* πορεύου αγαθῇ τύχῃ *proficiscere bonis avibus*.

Modus effertur etiam per διὰ cum genitivo. Demosth. διὰ καρτερίας οὐδὲν ανάλωτον πέφυκε *per patientiam nihil non expugnabile est*. Item per accusativum sine præpositione: ut τοῦτον τὸν τρόπον *hoc modo*; ὃν τρόπον *quomodo*, etc.

4. Excessus, idest illud, quo excessus, differentia ac similia significantur: ut ἁπάντων διαφέρεις τῇ σοφίᾳ *omnes antecellis sapientia*.

Excessus effertur etiam per κατὰ cum accusativo: ut κατὰ σύνεσιν, ἢ ἄλλο τι προέχειν.

5. Quantitas seu modus excessus: ut τοσούτῳ προέχει τῶν ἄλλων *tanto præstat ceteris*. Hoc et in accusativo: ut τοσοῦτο πολὺ, etc.

6. In dativo ponitur etiam ea persona, in cujus gratiam, commodum, aut incommodum aliquid fit: ut παιδεύω σοι τὸν υἱὸν *instituo tibi filium*.

In accusativo ponitur spatium loci et temporis, de quo infra.

Eleganter apud Græcos multa verba admittunt accusativum nominis significantis eumdem actum: ut αδικῶ σε αδικίαν: γράφομαί σε γραφὴν. Sic διώκω σε γραφὴν: κρατῶ μάχην: βαδίζω ὁδὸν, et similia.

Multis verbis additur accusativus per enallagen: ut μανικὸν βλέπειν *torvum intueri*, etc.

Item per synecdochen in Passivis: ut κείρομαι τὸ ἧπαρ *tondeor jecur*, idest *tondetur mihi jecur*; et in Neutris: ut αλγῶ τὴν κεφαλὴν *doleo caput*, idest *dolet mibi caput*, *laboro ex capite*.

Verbis compositis frequenter additur casus virtute præpositionis: ut ὑπερίσταμαι ἐκείνου *pro illo sto*; ἐμμένειν τοῖς εἰρημένοις *stare promissis*, *servare pacta*; παρέπλευσαν ταῦτα τὰ χωρία *præternavigarunt hæc loca*.

Locus.

Status in loco, ποῦ; *ubi?* ἐπὶ Βαβυλῶνος *Babylone*; ἐπ' ἀγροῦ *ruri*; ἐν ᾅδου *apud inferos*.

Ἐν Ῥώμῃ *Romæ*; ἐν ἀγορᾷ *in foro*; πρὸς τῇ πόλει *ad urbem*; παρ' Ἡσιόδῳ *apud Hesiodum*.

Ἐς Ὕπατα οἰκεῖν *habitare Hypatis*; κατ' ἐρημίαν *in solitudine*.

Motus de loco: πόθεν *unde?* ἐκ Ῥώμης, pro quo et ἀπὸ Ῥώμης *Roma*; ἐξ ἀγροῦ *rure*; παρὰ Σωκράτους *a Socrate*.

Motus ad locum: ποῖ *quo?* ἐπ' οἶκον *domum*: γενέσθαι πρὸς τῇ γῇ *ad terram appellere*; ἐπὶ τὴν πόλιν *ad urbem*; εἰς, vel ἐς πόλεμον *in bellum*; πρὸς τοὺς φίλους, quod et ὡς, vel παρὰ τοὺς φίλους *ad amicos*.

Motus per locum: πῇ *qua?* διὰ τῶν ὀρῶν *per montes*; τῇ κλίμαδι *per scalas*; παρὰ τὰ τείχη *præter mœnia*.

Spatium loci ponitur in accusativo: ut ἀπέχει τῆς πόλεως ἑκατὸν στάδια, vel σταδίους *abest ab urbe centum stadia*.

Tempus.

Species temporis: πότε *quando?* νυκτὸς *nocte*. Sic πολλοῦ, ἐκ πολλοῦ *dudum*; τρίτον ἔτος τουτὶ, vel τρίτον ἤδη ἔτος *ab hinc triennium*, vel *triennio*: quæ responderi possunt ad interrogationem factam per *quam dudum?* vel *quam pridem?*

Ἀφίξομαι δεῦρο μεταξὺ τριῶν, ἢ τεττάρων ἡμερῶν *revertar huc triduo, aut quatriduo, vel intra tres, aut quatuor dies*.

Spatium temporis: πόσον χρόνον *quamdiu?* πολὺν, vel συχνὸν χρόνον *diu*; τρία ἔτη *tres annos*. Item τρισὶν ἔτεσι *tribus annis*.

De verbo infinito.

1. Infinitum ante se habet accusativum, ut apud Latinos: ut οἶδα πολλοὺς ἐλπίζειν *scio multos sperare*, idest οἶδα πολλοὺς ὅτι ἐλπίζουσι: sæpius, οἶδα ὅτι πολλοὶ ἐλπίζουσιν.

2. Accusativus ante infinitum potest omitti, si verbum finitum et infinitum referantur ad eamdem personam: ut ἐπαγγέλλομαι ἥξειν *polliceor me venturum*.

3. Pro accusativo sæpissime est nominativus: ut φησὶν αὐτὸς αἴτιος γεγενῆσθαι *dicit se auctorem fuisse*.

1. Infinitum haud raro adhæret verbo Neutro finito sine ullo casu: ut αἰσχύνομαι γράφειν *pudet me scribere*.

Eleganter ponitur cum μέλλω: ut μέλλω ποιεῖν, vel ποιήσειν *sum facturus*. Reperitur et cum aoristo.

2. Interdum adhæret nomini substantivo: ut καιρὸς οὐκέτι μέλλειν *tempus est jam non amplius cunctandi*.

Sæpissime adjectivo: ut δεινὸς λέγειν *eloquens*; δεινὸς πράττειν *efficax, acer rebus gerendis*; ἄξιος, ἐπιτήδειος τυχεῖν *dignus, idoneus, qui impetret*; δίκαιος ἀπολωλέναι *dignus qui pereat*, etc.

3. Redundat aliquando: ut τὸ νῦν εἶναι *nunc*; ἑκὼν εἶναι *lubens*.

4. Ponitur absolute: ut συνελόντι φάναι *ut summatim dicam*: et præposito ὡς, ut ὡς εἰπεῖν *ut ita dicam, pœne dixerim*, ὡς ἔπος εἰπεῖν, *ut ita dicam, ut verbo dicam, ut paucis dicam*; ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν *ut simpliciter, ut uno verbo dicam*; ὡς τύπῳ εἰπεῖν *ut in universum dicam*; ὥς γέ μοι δοκεῖν *ut mihi quidem videtur*; ὡς εἰκάσαι, vel ἀπεικάσαι *ut conjicere licet*; ὡς ὑπομνῆσαι *ut monendi gratia*, etc. item præposito ὥστε, *ut*: vide supra de Conjunctionibus: item ἐπειδὴ *postquam*: ut ἐπειδὴ γενέσθαι ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ *postquam venit ad ædes*: item πρὶν *antequam*, ut πρὶν εἰπεῖν, vel πρὶν ἢ εἰπεῖν *priusquam dicam*; πρὶν ἢ δὶς ἀλέκτορα φωνῆσαι *priusquam gallus cantet*, Marc. 14.

5. Dependet a verbo subaudito, maxime in salutationibus epistolarum: ut Βασίλειος Λιβανίῳ εὖ πράττειν *Basilius Libanio salutem*. Sic χαίρειν et ὑγιαίνειν, sed hoc posterius rarissimum. Subauditur autem verbum προστάττει.

6. Præposito articulo fit nomen: ut τὸ μετανοεῖν, vel μετανοῆσαι. idest, ἡ μετάνοια *pœnitentia*.

7. Reperitur positum pro finito post dictionem relativam: ut ὅσον κἀμὲ εἰδέναι *quod quidem ego sciam*.

8. Supplet gerundia ac supina. Vide paulo infra.

9. Infiniti loco sæpe utimur participio. Vide infra de participio.

De Gerundiis ac Supinis.

Gerundiis Græci carent; sed commode ea supplent per Infinita præposito articulo τοῦ, τῷ, τὸ: ut ἕνεκα τοῦ γράφειν *causa scribendi*; ἐν τῷ γράφειν *in scribendo*; πρὸς τὸ γράφειν *ad scribendum*.

Gerundia in *dum* cum verbo substantivo *est* exprimuntur per verbalia in έον: ut γραπτέον ἐμοὶ (vel ἐμὲ) ἐπιστολὴν, *scribendum est mihi epistolam*, idest *scribenda est mihi epistola*; quod et hoc modo, γραπτέον ἐμοὶ ἐπιστολή: ut γραπτέος, έα, έον, respondeat Latinorum gerundio in *dus*, *da*, *dum*.

Item gerundia per Græcorum Infinita. Luc. εἶχε κῆπον λαβὼν γεωργεῖν *erat illi hortus, quem acceperat colendum*.

Supina item exprimuntur per Infinita: ut οὐκ ἦλθον διαλῦσαι *non veni solvere*, idest, *solutum*; καλὸς ἰδεῖν, *pulcher visu*.

De Participio.

1. Participium cujuscumque casus vestitum articulo præpositivo exponi potest per verbum finitum vestitum articulo subjunctivo: ut τοὺς λέγοντας, idest οἳ, vel ὅσοι λέγουσιν: ἐκείνους, οἳ λέγουσι *qui dicunt*, vel *eos, qui dicunt*.

2. Adhæret quibusdam adverbiis et conjunctionibus: ut μεταξὺ καθεύδων *inter dormiendum*, vel *dum dormio*, *is*, *it*, etc. *dum dormiebam*, vel *dormirem*, etc. καίπερ εἰδὼς *quamvis sciam*, etc. sic interdum et καίτοι.

3. Interdum pro adverbio ponitur: ut τελευτῶν, ῶσα, ῶν, *tamdem*; τελευτῶντες ἀπῆλθον *tamdem abierunt*. Non ita dissimiliter et ἀρχόμενος *incipiens*: ut ἔλεγε τοῦτο ἀρχόμενος τοῦ λόγου *in initio orationis hoc dicebat*. Sic λέγε ἀνύσας *dic cito*.

4. Nonnunquam vacat: ut ληρεῖς ἔχων *nugaris*.

5. Reperitur pro verbo finito: ut Isocr. εἰ σεαυτὸν ὡς ἄνθρωπος ὢν ὑπομνήσκῃς *si te hominem esse memineris*. Luc. οὐκ ᾔδεις, ὡς κομίζειν δέον *nesciebas adferendum esse?* Hujus vim habet χρεὼν *oportet* (quod et χρεὼν ἐστι) pro χρή.

6. Sæpe adhibetur pro infinito, maxime cum verbis perseverandi, intelligendi, et contrariis, ut διατελῶ ποιῶν *persevero faciens*, idest *perpetuo facio*; παύομαι

ὀργιζόμενος, *desino irasci*: συνίημι προκόπτων *intelligo me proficere*; αἰσθάνομαι ἁμαρτὼν *sentio me errasse*; φαίνομαι σιγήσας, *apparet, me tacuisse*; μέμνημαι ἀκούσας, *memini me audisse*: σύνοιδα ἐμαυτῷ ἀσεβήσας, vel ἀσεβήσαντι, *conscius mihi sum impie me fecisse*, idest ἀσεβῆσαι, vel ὅτι ἠσέβησα.

7. Participia aliquando significant causam efficientem, causam finalem, conditionem, conjunctionem adversativam, modum, tempus.

Quædam participia cum ceteris verbis eleganter junguntur, etiamsi propemodum vacare videantur: ut ἀπιὼν, ἀποπλέων *proficiscens*, ἀποπλεύσας *profectus*, et similia cum οἴχομαι *abeo*: ut ᾤχετο ἀπιὼν *abiit*. Sic ὢν cum τυγχάνω: ut τυγχάνομεν ὄντες *sumus*, etc.

Interdum participium ita jungitur cum verbo substantivo, ut non vacet, sed utrumque simul sumtum unius verbi habeant vim: ut ἢν ὁ θεράπων λέξας τύχῃ idest λέξῃ *si servus dixerit*, vel *si forte dixerit*.

Genitivi participiorum ponuntur absolute: ut ἐμοῦ καθεύδοντος *me dormiente*.

Raro nominativi, raro etiam accusativi, nisi cum ὡς, vel ὥσπερ.

Peculiare est illud: ταῦτα δόξαν *quum hæc ita placuissent*.

In Impersonalibus absolute ponitur potius nominativus, vel accusativus: ut δέον *quum oporteat*, vel *quum oporteret*; ἐξὸν *quum liceat*, vel *liceret*, etc.

Reperitur tamen et genitivus: ut πολὺ ὕσαντος, et πολλῷ ὕοντος *magnis imbribus*. Nisi forte hic subaudiatur genitivus Διός.

Ceterum valde frequens est apud Græcos figura enallage; qua una orationis pars pro alia ponitur, aut accidentia permutantur. Itaque et omnia pro adverbiis, et adverbia cum articulo pro nominibus, et præpositiones pariter cum articulo pro iisdem, et sine articulo pro adverbiis; et rursus pro nominibus participia; itemque activum pro passivo, et vicissim et modum pro modo, tempus pro tempore, genus pro genere, casum pro casu, numerum pro numero usurpant. Quæ quamvis vera a Gretsero tradantur, tamen magis ad notitiam, et Scriptorum intellectum, quam ad usum valere debent.

Conjunctionis ἂν, apud Poetas κε et κεν, usus frequens et observandus.

1. Δυνητικῶς *potentialiter* significat, seu modum potentialem supplet, adjungiturque fere omnibus modis, et temporibus; sive præponatur, sive postponatur.

Indicat.

Præs. δέμας ουκ ἂν ορθῶς καπνοῦται *corpus non recte fumet*, vel *fumaret*.

Imperf. ουκ ἔλεγον ἂν τοῦτο, vel ουκ ἂν ἔλεγον τοῦτο *non dicerem hoc*.

Aor. 2. vel Imperf. vet. εκεῖνον ἂν εξέλαβον *illum ejecissent*.

Præt. plusq. perf. εξήρπαστο ἂν τοιοῦτος *ereptus fuisset homo ejusmodi*.

Aor. ουδὲν ἂν ἔπραξε *nihil fecisset*.

Optativ.

Præs. ευχοίμην ἂν *optem*.

Aor. 2. vel Imperf. vet. ὄλοιτο ἂν *periret*, vel *periisset*.

Præt. τετύφοιμι ἂν *verberaverim*, vel *verberavissem*.

Aor. γράψαιμι ἂν *scriberem*, vel *scripsissem*.

Aor. Æol. σὺ γὰρ ἂν τοῦτο ποιήσειας *tu enim id feceris?*

Fut. ου πιστεύσοιμι ἂν τοῦτο *non crediderim hoc*.

Subjunctiv.

Præs. καλὸν ἂν ᾖ *pulcrum sit*.

Præt. μάτην ἂν κεκτώμεθα *frustra possideremus*.

Infinit.

Præs. οἶμαί σε γράφειν ἂν *puto te scripturum*.

Aor. 2. vel Imperf. vet. ἡγοῦμαι πάντας ἂν ειπεῖν *puto, omnes dicturos fuisse*.

Aor. ελπίζω χρήσασθαι ἂν *spero, me usurum*.

Fut. υπολαμβάνω υμᾶς καταφρονήσειν ἂν *suspicor, vos contempturos*.

Particip.

Præs. σιωπῶ, ἔχων ειπεῖν *taceo, habens quæ possem dicere*, vel *quum possim dicere*.

Aor. 2. vel Imperf. vet. ὡς οὔποτ' ἂν ελθὼν *ut qui nunquam venire possit*, vel *potuisset*.

1. Αοριστολογικῶς *indefinite*: quum indefinitam loci, temporis, ac ceterorum id genus significationem habet: quo modo fere cum Optativo, vel Subjunctivo conjun-

gitur. Tunc autem verbo tantum præponitur: ut ὅ τι ἂν λέγοις *quidquid dicas*; ἐρώτα, ὁπόσα ἂν ἐθέλῃς *interroga quæcumque voles*.

3. Παραπληρωματικῶς *abundanter*; quum nimirum particula ἂν abundat: ut οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμι ἂν *ne lac quidem avium huic vitæ prætulerim*.

4. Ἐλλειπτικῶς *defective*, quum ἂν subintelligitur; ut πῶς τις πείθηται; *quomodo aliquis obtemperaret?*

Si propositioni, cui inserviat εἰ, respondeat redditio, cui inserviat ἂν, utraque effertur per hos modos.

Per Indicativum.

εἰ ἐσωφρονεῖτε, οὐδ' ἂν ὀνομάζετε *si saperetis, neque nominaretis*.

εἰ μὲν Ἀλέξανδρος ἤμην, ἔλαβον ἂν ταῦτα *si essem Alexander, ista accepissem*.

εἰ κατηγόρησε, κἀγὼ ἂν ἀπελογούμην *si accusaret, et ego defenderem*.

εἴ τις φίλων εἶδεν, οὐκ ἂν ἀνέγνω *si quis amicorum vidisset, non cognovisset*.

Per Optativ.

εἰ τοὺς Θεοὺς ἔχοι φίλους, ἀρίστην μαντικὴν ἂν ἔχοι *si Deos quis habeat amicos, optimam divinationem habet*.

εἰ ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν, ἢ ἀδικεῖσθαι, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι, ἢ ἀδικεῖν *si alterutrum necesse esset, facere, aut pati injuriam, mallem accipere, quam facere*.

ἦτ' ἂν ἀμυναίμην, εἴ μοι δύναμίς γε παρείη *profecto ulciscerer, si possem*.

Per Optativum εἰ: *per Indicativum* ἂν.

εἰ δόξειε τἀληθὲς αὐτῷ, εὐθὺς ἂν ἐπείσθη *si verum illi visum esset, statim fuisset persuasus*.

εἰ λυπουμένην γ' αἴσθοιτο, Νιτάριον ἂν ὑπεκορίζετο *si tristem esse sensisset, Nitarium per blanditias adpellabat*.

εἴ τινα λάβοιεν, ἀπέκτεινον *si quem nacti essent, interficiebant*. *Hic* ἂν *omittitur*.

Per Indicativum εἰ: *per Optativum* ἂν.

ἀνόητος ἂν εἴη, εἰ κατεφρόνησε *stultus esset, si contempsisset*.

εἰ δή σοι ὑπείξομαι, δειλὸς ἂν καλοίμην *si tibi cederem, ignavus vocarer*.

μάκαρίον μέ τις Θεῶν ἔμελλε θήσειν, εἰ τύχοιμι σῶν γάμων *beatum me aliquis Deorum redditurus fuerat, si te uxorem duxissem: pro* εἰ ἔτυχον ἔμελλεν ἄν.

De ἂν plura alia dabit assidua scriptorum animadversio.

DE PROSODIA, SIVE CARMINUM RATIONE.

Quid sit pes, quid tempus, quid syllaba, quid scansio, præterimus tamquam nota ex Prosodia Latina. Hic tantum meminerint pueri ε, ο, breves esse; η, ω, cum diphthongis omnibus longas esse natura; et α, ι, υ, aliquando breves, aliquando longas.

Scansioni accidunt apud Græcos Apostrophus, Synecphonesis, Diæresis et Cæsura.

Apostrophus est quum eliduntur α, ε, ι, ο, αι, οι, sequente dictione a vocali vel diphthongo incipiente. Sed hoc pro carminis ratione vel observant, vel omittunt Græci, ut Homerus.

Ὦ γύναι ἦ μάλα τοῦτο ἔπος νημερτὲς ἔειπες.
O mulier maxime hoc verbum dixisti verum.

Sæpe etiam ante consonantes abjiciuntur vocales et diphthongi, ut:

Παρ' μὲν οἱ ὥρια κεῖται ὅσα δρυὲς ἄκρα φέροντι.
Adsunt ei fructus quotquot tempestive ferunt arbores.

Aliquando eliditur prima vocalis sequentis dictionis: ὦ 'γαθὲ, *O bone*, ὦ 'ναξ, *O rex*, ὦ 'νθρωπος, *O homo*, *pro* ὦ ἄνθρωπος.

Συνίζησις { Synecphonesis est duarum syllabarum in unam contractio, ut Homer. Iliad. α.
Σύζευξις {

Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιούς.
Cum aureo sceptro et supplicavit omnibus Achivis.

Et Iliad. β.

Τιμήσῃ, ὀλέσῃ δὲ πολέας ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.
Honoraret, perderet autem multos apud naves Achivos.

Ita apud Latinos Lucretius l. 4. v. 731.

Quippe etenim multo magis hæc sunt tenuia textu.

Diæresis est, ubi ex una syllaba dissecta fiunt duæ, ut πάϊς pro παῖς *puer*; εὔφρων pro εὔφρων *hilaris*.

Cæsura est quum post pedem absolutum syllaba bre-

vis in fine dictionis extenditur: eaque fit apud Græcos post primum, secundum, tertium, quartum et etiam quintum pedem.

Ancipitum vocalium quantitas decem modis cognoscitur.

Positione.	Derivatione.
Vocali ante Vocalem.	Compositione.
Accentu.	Incremento.
Contractione.	Regula.
Dialecto.	Exemplo, seu auctoritate.

Positio. Vocalis brevis ante duas consonantes, aut duplicem in eadem dictione, aut in diversis, positione longa est. Excipe si sequens dictio incipiat a ζ, vel a σκ; tunc enim communis est. Hom. Iliad. β. et α. Hesiodus etiam primam corripit in τιζάνω, quamvis in eadem dictione, in Scuto Hercul. v. 141.

σ tamen aliquando eliditur nulla positione facta. Aratus:

Ὥρῃ ἑσπερίῃ κρώζει πολύφωνος κορώνη.

Hora vespertina crocitat clamosa cornix.

Ut nonnumquam apud Latinos: Cicero in Aratum:

Delphinus jaceo haud nimio lustratu' nitore.

Vocalis brevis ante mutam sequente liquida sive ejusdem, sive diversæ dictionis, communis redditur, ut etiam ante πτ, κτ, μν, et nonnumquam ante solam liquidam, ut apud Homerum Iliad. α.

αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν.

fecit ipsos escas canibus.

Et Iliad. χ.

Πολλὰ λισσόμενοι, οὐδ' Ἕκτορι θυμὸν ἔπειθον:

Multa precantes, neque Hectori animum flectebant.

Ceterum vocalis longa, aut anceps producta numquam in his positionibus communis est.

Vocalis ante vocalem. Vocales longæ et diphthongi breves esse possunt, si vocalem, aut diphthongum præcedant; quod frequens est in diversis dictionibus, at in eadem rarius.

Accentus. Ultima brevis est, quando pænultima circumflectitur, ut μοῦσα. Quum pænultima natura longa accentum acutum habet, anceps, quæ est in ultima, producitur, ut ἡ ὥρα *hora*. Quando masculinum habet accentum in antepænultima, in ρος, et ος, purum,

femininum ejus longum est in ultima, ut ἅγιος, ἁγία.

Si anceps habeat acutum in pænultima, ultima brevis erit, ut ἡ φύσις *natura*.

Omnis syllaba circumflexa longa est natura, ut πῦρ, *ignis*.

Contractio. Omnis syllaba ex contractione facta longa est, ut ἐβόαε, ἐβόα.

Dialectus.

A { Doricum natum ex η longum est: ut φάμα pro φήμη *fama*.
Æolicum breve est: ut νύμφα pro νύμφη *nympha*.
Ionicum breve est in pænultima præteritorum, ut γέγαα pro γέγηκα a γάω *nascor*; μέμαα pro μέμηκα a μάω *cupio* (de obliquis tamen Præteriti Participii μεμαώς modo brevibus, modo longis vide infra in Catalogo) βέβαα pro βέβηκα a βαίνω *eo*; et in tertiis personis pluralibus passivis et mediis, ut τετύφαται pro τετυμμένοι εἰσὶ, τυψαίατο pro τύψαιντο; etc. ἕαται pro ἧνται *sedent*; κέαται pro κεῖνται *jacent*.

A Ionice interpositum verbis in αω, longa syllaba antecedente, producitur, ut μαιμάα pro μαιμᾷ, a μαιμάω *vehementer desidero*; præcedente brevi corripitur; ut βοάα pro βοᾷ, a βοάω *clamo*; αντιάαν pro αντιᾷν, ab αντιάω *occurro*. Producitur etiam in tertiis personis Ionicis verborum in μι, ut τιθέασιν.

A natum ex η per diæresin Atticam breve est, ut ἦγα, ἔαγα *fractus sum*; ἧλων, ἑάλων *captus sum*.

Ancipites quoque post resolutionem diphthongi propriæ, vel impropriæ, plerumque corripiuntur, ut πάϊς pro παῖς *puer*; Αΐδης pro Ἅδης *Orcus*.

Derivatio. Derivativa eamdem cum primitivis quantitatem plerumque sortiuntur, ut νικάω *vinco*, νίκη *victoria*, ὁ νικητὴς *victor*, prima ubique longa: ἔφυγον *fugi*, φυγὴ *fuga*, pænultima utrobique brevi. Sed producuntur ὁ et ἡ αἴδιος *æternus*, *a*; ὁ et ἡ αέναος *perennis*, ab αεὶ *semper*, prima brevi: et corripiuntur λύσις *dissolutio*: φύσις *natura*, a λέλυσαι, πέφυσαι, pænultima longa, et alia quædam.

Compositio. Composita simplicium quantitatem fere

sequuntur: ut ἡ τιμὴ *honor*; ὁ et ἡ ἄτιμος *inhonoratus*, pænultima longa, ἡ φράσις *loquutio*, μετάφρασις *interpretatio*, pænultima brevi.

A privativa particula in compositione corripitur, ut ἄτιμος *inhonorus*, ἀκλεὴς *inglorius*. Particulæ etiam ζα, ἀρι, ἐρι, βρι, δυς, in compositione repertæ corripiuntur.

Incrementum Nominum. A incrementum Æolicum genitivorum longum est: ut Αἰνείαο, Μουσάων.

A incrementum tertiæ declinationis breve est in

- Neutris α, ας, αρ, ut σῶμα *corpus*; κρέας *caro*; νέκταρ *nectar*. Sed tamen κέρατα producit Anacreon Od. 2.
- Femininis et masculinis in ας: ut ἡ Παλλὰς *Pallas*; ὁ μέλας *niger*; in nominibus in ψ, ut Ἄραψ, βος; et plurimis in ξ, ut κόλαξ, κος *adulator*.
- Masculinis et femininis in αρ, et λς, ut ὁ μάκαρ *beatus*, ἡ ἅλς *mare*. Excipe ψάρ, ψαρὸς *sturnus*, cujus incrementum longum, Κὰρ, Καρὸς *ex Caria*, cujus incrementum commune est.

Genitivus in ανος longus est, quod patet aliquando ex accentu: ut Τιτὰν, Τιτᾶνος: Πὰν, Πανὸς *Pan*, præter τάλανος et μέλανος.

Genitivus in αος, a nominibus in αυς, brevis est: ut ναῦς *navis*, ναὸς: et in nominibus, quæ syncopen patiuntur, πατράσι, ἀνδράσι, μητράσι, etc. brevia sunt: at πᾶσι longum, ut patet ex accentu: et inde composita ἅπασι et σύμπασι; quibus adde dativum γίγασιν.

I increment. breve est in

- Nominibus neutrius generis, ut τὸ μέλι, μέλιτος.
- Femininis et masculinis barytonis, in ις, ιδος et ιτος, ut ἔρις, ἔριδος.
- Femininis acutitonis in ίδος, ut ἡ πατρὶς, πατρίδος.

I increment. longum est in

- Femininis et masculinis, quæ duas habent terminationes in recto, ut δελφὶς et δελφὶν, δελφῖνος; ακτὶς et ακτὶν, ακτίνος.
- Monosyllabis, ut ὁ vel ἡ θὶν θινὸς *littus*; ἡ ῥὶν *nasus*, ἡ ἰν, vel ἰς *fibra*; ὁ λῖς, vel λῖν, Gen. λιὸς, *leo*; λὶς, λιτὸς *pannus:* sed Δὶς, Διὸς *Jupiter*, corripitur, ut et τὶς, τινὸς infinitum, et τὶς, τίνος interrogativum cum suis compositis. Item ὄρνις, ὄρνιθος *avis*, pænultima longa; et ευκνήμιδες *bene ocreati*, passim apud Homerum, et nonnulla alia in ιδος, quæ notantur infra in Catalogo.

I incrementum nominum in ιξ, et ιψ, in quamplurimis breve est, ut θρὶξ, τριχὸς *capillus*; ὁ χέρνιψ, χέρνιβος *pollubrum*.

Υ increment. breve est in

- Nominibus monosyllabis in υς: ut μῦς, *mus*, μυὸς, cujus tamen genitivus pluralis producitur ab Homer. in Batrachomyomachia.
- Neutris in υ: ut τὸ γόνυ, γόνυος *genu*. At commune habet τὸ δάκρυ, δάκρυος *lacrima*, apud Nazianz. Anecd. Epigr. 82.
- Paroxytonis, oxytonis et circumflexis in υς et υρ: ut ὁ νέκυς, νέκυος *mortuus*; ὁ μάρτυρ, μάρτυρος *testis*. Producuntur pauca quædam, de quibus consule Catalogum.

Nomina in υν, quæ etiam in υς desinunt, producuntur, ut Φόρκυς et Φόρκυν, Φόρκυνος *Phorcys*.

Nomina in ξ, et ψ, fere habent breve incrementum: ut ὁ ὄνυξ, ὄνυχος *unguis*; ὁ χάλυψ, χάλυβος *chalybs*.

Excipiuntur γρὺψ, γρυπὸς *gryps*, γὺψ, γυπὸς *vultur*; κῆρυξ, κήρυκος *præco*, et alia quædam notata in Catalogo.

Quantitas verborum.

Immutabilis vocalis eamdem quantitatem habebit in imperfecto tam activo, quam passivo omnium modorum, etiam in participiis, quam habet in præsenti, ut

κρίνω judico, ἔκρινον, κρίνομαι, ἐκρινόμην, κρινόμενος, syllaba κρι ubique longa.

Verba in ύνω producunt pænultimam in præsenti, et imperfecto: ut μολύνω con amino.

Verba in άνω pænultimam corripiunt, præter ea, quæ formantur a futuro: ut αὐξάνω ab αὐξήσω; et pauca quædam notata in Catalogo.

Verba in ύω et ίω quodammodo in pænultima sunt communia.

Quantitas in Futuris et Aoristis.

Quantitas futurorum et aoristorum ex verborum formatione satis constat. Nonnulli tamen observant, futuri primi et aoristi primi in quarta conjugatione pænultimam esse brevem in verbis, quæ sequuntur tertiam. Idem volunt in verbis in αω nisi ρ, vel vocalis præcedat α, tunc enim α longum erit: ut in δράω facio; θεάω specto.

Quantitas in Præteritis.

Si anceps sit brevis in futuro, vel aoristo, brevis quoque est in præterito perfecto activo, et passivo, et in aoristo, et in futuro passivo omnium modorum, ut γελάω, γελάσω, γεγέλακα rideo. Multo autem magis in his temporibus anceps brevis erit, si pænultima futuri activi sit brevis natura, quamvis pænultima aoristi sit longa, ut τείνω tendo, τενῶ, τέτακα.

Quoties ex præterito vel κ, vel simul etiam vocalis abjicitur, anceps, quæ remanet, brevis est, licet antea fuerit longa: ut πέφυκα, πέφυα; δέδοικα, δέδοια.

In verborum repetitionibus sive Atticis, sive non, ancipites breves sunt: ut ακήκοα ab ακούω audio; τιτρώσκω vulnero; τιταίνω intendo, vel punio; ακάχημι pro άχημι doleo etc.

A crescens verborum corripitur: ut τετύφατιν, τετύφαμεν, ετύψατε, ετυψάμεθον, ετυψάμεθα: ante σι producitur: ut τετύφασι. Mimnermus:

Ουκ αγαθόν· Κῆρες δὲ παρεστήκασι μέλαιναι.

Non bonum: Parcæ autem nigræ nobis adstant.

Corripitur tamen λελόγχασι ab Homer. Odyss. λ.

Breve quoque est α in aoristo Imper. act. ut τυψάτω, τύψατον, τύψατε, et in singulari aoristo Indic.

pass. ut. ἐτυψάμην, ἐτύψατο, et in participio, ut τυψάμενος.

At participium femininum aor. act. in ασα longum est: ut τύψασα.

Corripitur quoque α Infinitivi in paragoge Attica, et Dorica: ut κατακτάμεναι pro κατακτεῖναι *occidere*.

Quantitas verborum in μι.

Propria reduplicatio verborum in μι, nisi obstet positio, brevis est: impropria fere longa.

A secundæ conjugationis corripitur ubique: sed producuntur personæ in ασι.

Υ quartæ conjugationis in singulari activæ vocis producitur; at in duali et plurali (præterquam imperf. ut ἐδύτην, ἔδυτε, a δῦμι) et in toto passivo, corripitur. De verbo ὄμνυμι vide in Catalogo.

In imperativo singulari corripitur υ in polysyllabis, in disyllabis producitur: ut κλῦθί μου, Ἀργυρότοξε *Audi me, Apollo*.

Regula de primis, et mediis syllabis nominum.

Anceps vocalis ante aliam, sive brevem sive longam, non corripitur necessario, ut apud Latinos.

A in superlativo semper corripitur: ut σοφώτατος.

Nomina in ια acutitona, quæ habent ultimam longam, pænultimam corripiunt: ut Μαρία, φιλία.

Excipe αἰκία *plaga*; ανία *tristitia*; κονία *pulvis*; καλιὰ *nidus*; ὀρμιὰ *linea piscatoris*; quorum hoc ι habet longum, cetera vero commune. Pænultimam quoque in σοφία producit Theocritus, seu quis alius auctor in Syringe, et in κακοεργία Hom. Odys. χ.

I breve est in:
- Diminutivis in ιον: ut κοράσιον *puellulus*.
- Comparativis neutris: ut ἥδιον *suavius*.
- Multis adjectivis in ιος: ut ἄξιος *dignus*.
- Multis substantivis: ut βίος *vita*.
- Nominibus possessivis, et materialibus in ινος: ut ἀνθρώπινος *humanus*; λίθινος *lapideus*.
- Illis item quæ tempus significant, ut εἰαρινὸς, *vernus*; θερινὸς *æstivus*.
- Patronymica quoque in αδης, et ιδης, brevia sunt, præter Οἰλάδης *Oilei filius*.

Υ in pronominibus producitur: ὑμεῖς, ὑμῶν, ὑμῖν, ὑμᾶς.

In nominibus polysyllabis in *ύνη* et *ύτης*, *υ* corripitur: ut *γηθοσύνη gaudium*; *βραδύτης tarditas*; *γλυκύτης dulcedo*.

Præpositionum pænultimæ ancipites breves sunt, ut *ἀπὸ*, *διὰ*, *ὑπὸ*.

Exemplum seu Auctoritas. Ultima ratio cognoscendæ quantitatis syllabæ est exemplum, seu auctoritas, eademque optima, certissima, ac facillima, quam poetarum lectio multo facilius, et ex poetarum exemplis concinnatus Catalogus, quam regularum multitudo suppeditabit.

De ultimis syllabis.

A finita corripiuntur, ut *ἡ τράπεζα mensa:* item *μαῖα*, *μοῖρα*, *τύψασα*, *τέτυφα*, *ἵνα*.

Producuntur:

- Nomina in *εα*: ut *θέα spectaculum*: in *δα*, et *θα*, in *εια*, a verbis in *ευω*; ut *προφητεία*, et in *ια*, præter *δῖα*, *μία*, *πότνια*.
- Polysyllaba in *αία*: ut *σεληναία*, cum adjectivis in *οία*: ut *ὅμοιος*, *οία*.
- Nomina in *ρα* non præcedente diphthongo: ut *χαρὰ gaudium*. Corripitur tamen *Σάρρα Sara*, a Nazianz. Anecd. Epigr. 84.
- Nomina oxytona primæ simplicium: ut *ἀθυρὰ*.
- Articuli feminini numeri dualis: ut *τὰ*.
- Vocativus nominum in *ας* primæ declinationis: ut *ὦ Αἰνεία*. Sed vocativus nominum in *ης* corripitur.
- Dualis primæ declinationis.
- Vocativi poetici: ut *ὦ Πολυδάμα*.
- A Doricum in genitivo, ut *τοῦ Αἰνεία* pro *Αἰνείου*.

Αν finita corripiuntur, ut *τράπεζαν*, *ἔτυψαν*, *μέλαν*.

Excipiuntur:

- *Πᾶν*, nisi in compositis: nomina masculina in *αν*, ut *Τιτὰν*, et adverbia: ut *πέραν ultra*; *λίαν valde*. Sed *ὅταν quando*, corripitur.
- Αν primæ declinationis, ut *Αἰνείαν*; et si habeat *α* longum in nominativo: ut *φιλίαν*, etc.

Ἀρ finita corripiuntur: ut νέκταρ, ὄναρ, αὐτὰρ, ἄφαρ. Monosyllaba κὰρ, ψὰρ producuntur.

Ας finita producuntur: ut Αἰνείας, τὰς μούσας, ὁ Αἴας, τύψας.

Æoles tamen corripiunt ας, in accusativo plurali primæ declinationis; et in nominativo singulari participiorum.

Corripiuntur:
- Feminina in ας: ut λαμπὰς; masculina, ut ὁ μέγας, μέλας; neutra, ut τὸ σέλας *lumen*.
- Item adverbia: ut ἑκὰς, ἀτρέμας.
- Item accusativi plurales tertiæ declinationis simplicium: ut Τιτᾶνας, et ἡμέας, ὑμέας, σφέας.
- Item secundæ verborum personæ singulares in ας, ut ἔτυψας, τέτυφας, τέτυπας; exceptis iis, quæ contrahuntur, ut βοᾶς.

Ι finita brevia sunt: ut μέλι, ὅτι, βίηφι.

Producuntur:
- Adverbia et pronomina aucta per paragogen ut νυνὶ, οὑτωσὶ.
- Item ι ab Atticis ex ε, vel ο, vel α factum, ut ὁδὶ pro ὅδε, ταυτὶ pro ταῦτα, τουτὶ pro τοῦτο.
- Item κοῖ, et nomina litterarum, ut ξῖ, πῖ.

Ιν finita corripiuntur, ut πρὶν, πάλιν, ἔριν, μὶν, νὶν, τὶν, τεὶν, et syllabæ, quibus ν additur: ut τύπτουσιν, ἐστὶν.

Nomina duarum terminationum, ut ῥὶν, λῖν, δελφὶν, ἀκτὶν, producuntur. Item dativi ἡμῖν, vel ὑμῖν, ut patet ex accentu: corripiuntur tamen, si ex perispomenis fiant properispomeni, aut oxytoni, aut paroxytoni, ἧμιν, ἡμὶν; ὑμὶν, ἄμμιν, ὔμμιν.

Ις finita corripiuntur, ut πόλις, ἔρις, τυραννὶς, δὶς, τρὶς, cum ejusmodi adverbiis.

Producuntur:
- Quorum augmentum est longum, qualia sunt ῥὶς, δελφὶς, ὄρνις, κνημὶς, σφαγὶς, et κληῖς.
- Item monosyllaba, præter τὶς indefinitum.

Υ finita corripiuntur: ut σὺ, τὺ, δάκρυ, γλυκὺ, ἐῢ pro εὖ cum suis similibus.

Producuntur { Adverbia fictitia, ῦ ῦ, et γρῦ, et aliquando ἀντικρῦ.
Nomina litterarum, ut μῦ, νῦ.
Tertiæ personæ singulares quartæ conjugationis in μι, in præterito imperfecto: ut ἐδυ, ἐφυ. }

Υν finita corripiuntur: ut πολὺν, βραδὺν, ζευγνὺν, αὐν, νὺν et τοίνυν conjunctiones.

Producuntur { Circumflexa, νῦν nunc, μῦν, etc.
Dicatalecta, quæ duas habent terminationes in recto.
Item quæ υς in nominativo habent longum, ut ιλὺς limus; ιχθὺς piscis.
Primæ personæ verborum in μι, ut εζεύγνυν. }

Υρ finita longa sunt: ut ὁ ψίθυρ susurrus; τὸ πῦρ ignis, quod tamen in obliquis breve.

In υς desinentia corripiuntur: ut βαθὺς profundus; βαρὺς gravis; κόρυς galea.

Producuntur { Κώμυς, κάμυθος fasciculus; ἄρκυς et αχλὺς, et monosyllaba, ut μῦς.
Secundæ personæ singulares, et participia in υς verborum in μι, ut ζεύγνυς, εζεύγνυς, ὁ ζευγνὺς.
Substantiva oxytona, quæ declinantur per ος purum, ut ιλὺς: sed in ιχθὺς, υ anceps.
Dicatalecta, ut Φόρκυς. }

Poetica Licentia.

Hæ sunt regulæ observatione dignissimæ de syllabarum quantitate: sed quodammodo infinita est poetarum licentia, qui interdum longas corripiunt, aut breves producunt, metri necessitate coacti, ut quum tres, vel plures breves concurrunt in aliquo vocabulo, ut in his ἀθάνατος, Πριαμίδης, primam syllabam, quæ per se brevis est, extendunt. Ad hæc ancipitem in eadem dictione, in eodem versu et producunt et corripiunt.

Ἄρες, Ἄρες, βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιβλῆτα.
Mars, Mars, homicida, sanguinarie, mœnium subversor.

Et monosyllaba brevia eo ipso, quod monosyllaba sunt, sæpe producunt, ut τὲ, μὲν, τὶς etc.

CATALOGUS DICTIONUM

IN QUIBUS ANCIPITES VOCALES PRODUCUNTUR.

A in antepænultimis syllabis productum.

1. A ante vocalem: κάατος medium α producit, αἴνεος, ἀέριος, ἀΐδιος, αἰθαλῆς, ἀΐκες, αἰκὴ, ἀΐσσω (compositum tamen ὑπαΐσσω modo corripit Iliad. φ. v. 126. modo producit ibid. v. 234.) ακράαντος, ἄονες, αχαϊκὸς, βιάομαι, βουγάϊος, εκραάνθην, ελάϊνὸς, ιάομαι, καΐγδην, κέραατα, κράατα, λάασι lapidibus, Orpheus: λαέρτης, λάϊνος, λάϊνεος, λαοδάμεια, et reliqua a λαὸς: ξυνάορὸς, πραΰνω, ἀάσε nocuit: ῥάϊστα, ταΰγετον, τεράατα, τετράορος.

Anceps est ἀείδω, αἴω, γραΐδιον, et genitivus ἀΐδος: Præteritum quoque Participii μεμαὼς longum habet α in obliquis, si inflectantur per ο, ut μεμαότες; breve, si inflectantur Poeticé per ω, ut μεμαῶτες.

2. Αγ. ιθαγενὴς; ναυαγέω, quia ναυηγέω; νεάγενὴς quia νεηγενὴς, ῥαγίζω, σφραγίζομαι, τιμαγήτης, φαγίνεος; quia φηγίνεος.

3. Αδ. αδηκὼς, ὅτος; ῥάδιος.

4. Αθ. γαθυλλὶς, ῥάθυμος.

5. Ακ. ακούσιος, διάκονος, διακόσιος, τριακόσιος, etc. ἀκκέω (corripitur tamen a Theocr. Idyll. β. v. 24.) μακεδανὸς, συρακόσιος, φαιακία.

6. Αλ. αλέα calor, ἄληκτος; αλοσύνη, εναλίσκω, ανάλωσις, κεφαλῆνες, σταλαγμὸς; φαλαίνη, εναλώσας corripitur in Aristoph. Πλούτῳ, v. 381.

Anceps μαλακὸς.

7. Αμ. ἄμητος, αμητὸς, απαμαία; δαμοίτας, ευδαμίππος.

Indiff. αμάω.

8. Αν. ανέφελος, ανεψιὸς, ανύμενος, δάνουβις, κατάνεμαι, κρανίον, κράνειον, κρανώνειος, μανικὸς, νεανίας, παιανιεὺς.

Commune αγανέφρων.

9. Απ. απάλαμνος, ἄπειρος pro ἤπειρος, απεννῖνος, απιδανὸς, δραπέτης, δραπετίδης, νάπεια. Anceps απόλλων.

10. Αρ. αράομαι, αρήτη, ἄρητος, αρητὴρ, αρήτειρα, ...

ρήνη urbs, ἄριστον prandium, ἀμαρακὶς, κάραβος, κακίων, καρύομαι.

11. Ασ. Ἀσιάδης, ἀσωτὸς, διπλάσιος, quia διπλήσιος: ἐπαράσιμος, εὐκρασία, ἰάσιμος, κοράσιον, πασιφάη, πασιφαὴς: κτάσασθαι pro κτήσασθαι primam producit: pro ζεύσασθαι corripit.

12. Ατ. ἀτάλλω, ἄτερος, ἀτηρὸς, βατήριον, διδυματίκος, θάτερον, λατομία, λατῦπος.

13. Αφ. ἐπάφιος.

14. Αχ. τράχουρος.

Α in pænultimis.

1. Α ante vocalem: αἰθεραὶς, ακραὴς, ἀμφιάραος, αχραὶς, ἀων, δαὴρ, εὐκραὴς, θαὶς, κράας, λάας, λάϊγξ, λαὸς, λαὶς, ναὶς, ναὸς, παμφαὴς, παὸς, πολυάϊξ, πραὴς, πρᾶος, πράως, πτολεμάϊς, ῥάων, φάος, χάων. Et composita ab ἀω: ἀλιαὴς, βαρυαὴς, δυσαὴς, ζαὴς. Et in αων per οντος declinata: ut αλημάων, ἀμυθάων, ἀρετάων, διδυμάων, ἱκετάων, λυκάων, μαχάων, ὀπάων, προτιάων, συνοπάων, τυφάων. Sic ποσειδάων, propter ambientes longas. Verba in αω purum, et ραω; producuntur: ut ἐάω, περάω. Excipe ἀμφιάω, ἐψιάω; propter ambientes: ἐπέχραον corripitur. Producitur et πεινάω, propter ambientes. Item κάω et κλάω pro καίω et κλαίω.

Indifferentia sunt ἀὴρ, ἄορ, ἵλαος.

2. Αγ. ααγὴς, ἀγὸς, δαγὺς, ἔαγε, ἐαγὼς, περιαγὴς, πεπραγὼς, σεαγίς, τάγος.

3. Αδ. ἄδος, ἔαδε, ἐαδὼς, λάδας, λάδων, οἰλάδης. Alias Patronymica in αδης et ιδης corripiuntur: σπαδὸς, σπάδιξ.

4. Αθ. ἆθλον, κράθος, πειραθεὶς, πραθεὶς.

5. Ακ. ἄκις fluvius, ἄκων invitus, δᾶκος, θρᾶκη, λέλακας strepis, οἴακες, ab οἴαξ.

Commune σάκος.

6. Αλ. ἄλες, ἀμάλη, δαλὸς, κᾶλον lignum: ὀμφάλη, πεντηκοντακέφαλος, σαλὴμ, σαρδανάπαλος, στύμφαλος, ἄλις, τρικέφαλος.

Commune καλὸς.

7. Αμ. ἀμὸς, (corripitur 27. Idyll. Theocrit.) δᾶμις, δάμων, πέπραμαι, συγκέκραμαι, τάμα, mea, φρασίδαμος, βάλσαμον Nicander Theriac. v. 947. producit.

Verbalia in μα purum longa sunt, ut νᾶμα, θυμίαμα, ὅραμα, χρῖμα, θῦμα. Excipe a μι: ut δόμα.

8. Αν. ἀγαθάνωρ, ἄναξ; ἀγάνωρ, βιάνωρ, ἔρανος; ἰᾶνος; ἱκανῶ; ἵκανε commune invenitur: κατάνεται consumitur, κιχάνω, μαρτινιανὸς, νεᾶνις, νικάνωρ, τεθνᾶναι; τρίκρανος, φθάνω. Item disyllaba in ανος acuta, ut δανὸς, τρανὸς. Et gentilia in ανος et ανις, ut βρετανὸς, βρετανὶς.

Indifferentia, ἄνω pro ανύω, ἀνὴρ; ἑανὸς; ἰουλιανὸς.

9. Απ. ἄναπος fluvius, ἄπις; ἰάπυξ, νᾶπυ, πρίαπος, σάραπις.

10. Αρ. ἆρα numquid, αἴσαρος fluvius; ευμάρας, θυμαρὺς, καρὶς piscis, κατάρα; λαρὸς, νάρων fluvius; τάραρος, ταρὶς; τινάρα, φάρις; φᾶρος. Communia sunt ἀρὰ, ἄρης; μυσαρὸς.

11. Ασ. ἅπασι dativus, ἆσις, ἆσσον, γίγασι dativus, ἴασος, ἴασον, κρᾶσις, μάσις urbs; πρᾶσις, φασὶ; φᾶσις.

Verba in αω purum et ραω pænultimam Futuri, et Aoristi producunt: ut εάσω, εἴασα; ὁράσω; γηράσω; πειράσω; φυράσω: γελάσσαι epenthesis producit, ut alia multa: Iliad. ι. v. 299. εἴασεν Ἕκτωρ; corripitur.

Verba in άζω dant ας breve: ut αντιάσω, θαύμασε, κολάσας; quia anceps ante ζ natura brevis est. Sic πλάττω; πλάσω: πελάσσας epenthesi producitur.

12. Ατ. αθέατος; ἀόρατος; απείρατος; απροσόρατος; ἄρατος; ἆτος; ἄτη ab ἄατος et ἀάτη: (ἄτη tamen corripit Sappho) γεγάατε Præteritum: διμάτωρ; εὐεργέτης, θέατρον; θεατὸς, ἰατρὸς, καίρατος fluvius; κρατὴρ; λύσατε aor. imperat. Iliad. α. sed varie legitur: ολέσατε aoristus: κέρατα, 2. Ode Anacreontis: φράτηρ.

Sic lapidum nomina, et gentilia: ut ἀχάτης, γαγάτης, νιφάτης, σπαρτιάτης; σπαρτιᾶτις; excipe γαλάτης, δαλμάτης; σαρμάτης, ut indicat et quantitas latina.

13. Αχ. τραχὺς cum compositis: ἰαχὴ anceps.

I in antepænultimis syllabis productum.

1. Ι ante vocalem; διογένης, ἰάομαι, ιαμένος; ἰάσιμος; ἰάσιος, ἴασος, ιητὴρ, ιαπετὸς; ἴομαι, ἰονίη: ιύζω; ιυγὴς ἰυγμὸς, ἰυκτὴς; ιωχμὸς. Et ab ἰὸς composita; ἰοβόλος; ἰοχέαιρα, κιάθω, κυλιόμενος, μινιώδης, οφιονίδης; πελίωξις; πανδιονίδης, πιαίνω; πιότατος; πίερος, πιέριος, πίομαι, πριώξις; φθιώτης; χιόνεος; χιονέεις.

Communia, ανιάζω, ανιάω, ανιαρὸς, ανιηρὸς, ιαίνω, ιάχω, ιατρὸς, ιερὰς; ἵημι et ἵεμαι eo, ἵημι mitto, ἵεμαι cupio, μεθίετε, ἴομεν eamus.

2. Iβ. αλίβατος, τιβέριος, τίβυρις, κριβανώτης, Aristoph. Πλούτῳ. v. 765.

3. Iγ. ορίγανον pro ορείγανον, ριγέω, ριγόω, ρίγιον, σιγάω, σιγαλέως, σιγαλόεις.

4. Iδ. ακιδάλιος, ιδαῖος, ιδάλιμος, ιδάλιον, ιδομενεὺς, πιδύτης, πιδύω, σιδόνιος, χελιδόνιον.

5. Iθ. ιθύνω, ιθύντωρ, ιθύτερος, σιθωνία, τιθωνὸς.

6. Iκ. αρικίνη, ίκαρος, ικάριος, ικέσια, ικέσιον, ικέσιος, κίκαμα, νικάω, νικίας, νίκανδρος, σικανίη, σικελίη, φοινίκοος, φρικαλέος, φρικώδης.

Indifferentia, ικάνω, ίκελος.

7. Iλ. επιλαδὸν, ιλαδὸν, ιλασμὸς, ιλαστρῶ, ιλεὸς, ίλιγγος, ίλιος, ιλισσὸς, ιλυόεις, μελίλωτον, μίλητος, ομιλαδὸν, ομιλέω, ομιλητὴς, πιλέω, φιλητεύω, φιλήτης, φίλομαι, χίλια, χιλιὰς, χίλιοι, χιλεύω, ψίλωθρον.

Indifferentia, ἵλαμαι, ίλαος, σιληνὸς.

8. Iμ. βριμάω, βριμηδὸν, δριμύλος, ιμέρα urbs et fl. ἵμερος, ιμείρω, ιμερόεις, κεκονιμένος, μιμοῦμαι, μίμημα, μιμηλὸς, σιμαίθα, τιμήεις, τίμιος, φιμώδης.

9. Iν. ακροθίνια, γίνομαι, γινώσκεις, δελφίνιος, δινήεις, δίνησις, δινωτὸς, ερινεὸς, ινίον, θρινακίη, ιναχὸς, ινωπὸς, κίνυμι, κινύφιος fluvius, λακίνιος, λακινιὰς, μινώιος, πινύσκω, πρίνινος, σίνομαι, στρεπεδίνηθεν, τρινακρία, χαλινόω. Et verba in ινεω, ut βινέω, κινέω.

Communia, αγινέω, δινέω, δινεύω, τινάσσω, apud Nazianz. Anecd. epigr. 141.

10. Iπ. διïπετὴς, ευριπίδης, ηνίπαπε, λιπαρῶ, πυριβόλος apud Orphea, ρίπαινον mons, ριπίζω.

11. Iρ. σεμίραμις, τυρίνθιος.

12. Iσ. αφροδίσιος, βισάλτης, βισαλτία, βρισηὶς, ισάζω, ισαῖος, ίσανδρος, ισήρης, ισοπαλὴς, ισοφαρίζω, κονίσαλος, μισέω, νισυρὸς, οχλίσειαν, πισήεις, πισιδὴς, πισιδικὸς, σίσυμβρα, σίσυφος, σισυφίδης, τίσασθαι, τισιφόνη, φθισήνωρ, χαρίσιος, χρίσομαι.

Indifferens ίσασι 3. plur. apud Hesiod. et μισαρὸς vel μυσαρὸς apud Theocr. Idyll. 2.

13. Iτ. ιτέα salix, ιτιμονεὺς, τιτίζω, τίτυρος, τριτογενὴς, τριτογένεια, τριτονὶς, φιτύω,

14. Iφ. διφάω, διφήτωρ, ιφιγένεια, ιφιδάμας, ιφίνοος, et alia ab ἶφι, ἴφιος, ἴφιτος, τριφυλλὶς.
Indifferens πιφαύσκω.

15. Iχ. κιχάνω, κίχορα, ψιχάρπαξ.

I in pænultimis.

1. I ante vocalem, αἰθρίην apud Solonem, propter ambientes: genitivus Διὸς apud Orph. in Hymn. Perseph. v. 5. δῖος, δῖα, ἔνδιος meridianus: θρῖον, ἰὸς, venenum, rubigo, sagitta, ἴϊγξ, κληῖδων, κονίω, pulverem excito, κριὸς, μυίον, ὁρμιὰ, παναγρίους apud Phocyl. et αγρίου apud Hom. Iliad. χ. πῖαρ, πίηρ vel πίειρ pinguis, προθυμίη, στρουθίον, Orph. et ψύλλιον.
Et gentilia, φθίη, φθῖος; χῖος.
Et propria: θρῖος, κῖος, κρῖος, πῖος, τῖος, φλίας.
Item in ίων per ο declinata: ut αμφίων, βραχίων, δολίων, εχίων, κίων, πανδίων, πίων, πρίων, ὑπερίων. Excipe περικτίων. Communia, αἰκία, ανία, εὔδιος, ἰῆια, ἴε, ἴει, ιεὶς, ἴον, καλιὰ, κονία, κρονίων, λίαν, (μίαν Dionys. Alex. producit) κακοεργία propter ambientes, πιεῖν, σοφία, ὑπεύδιος, ωρίων.
Comparativa quoque in ιον producta inveniuntur: ut κάκιον, τάχιον.
Verba in ιω sæpe communia: κυμίω, μήνιεν irascebatur, οἴω, τίω.
Producuntur πρίω, φθίω, χρίω.

2. Iβ. ακριβὴς, ερυσίβη, θλίβω, ἴβις, στίβη, τίβυρ, τιβεριὰς apud Nonnum: τρίβω commune apud Nicand.

3. Iγ. μάστιξ, μάστιγος, μίγω, πνῖγος, ῥῖγος, σίγα, σιγὴ. Comm. πνίγω. Orph. in Argon. semel γίγας producit.

4. Iδ. γλυκυσίδη, διδῶ, ειλιδὸν, ἴδη, κνίδη, πίδαξ, πολύϊδος, χελιδὼν, χλιδὴ, σίδη indifferens in Nicand.
Producunt hæc obliquos: ἀψὶς, ἀψῖδος; βαλβὶς, βαλβῖδος; κλὶς, κλῖδος; κληὶς, κληῖδος; πολυκληὶς, ιδὸς; κνημὶς, κνημῖδος; εὐκνημις, ιδος; νησὶς, νησῖδος; βατραχὶς, βατραχῖδος; πλοκαμὶς, πλοκαμῖδος; ῥαφανὶς, ῥαφανῖδος. Aristoph. Πλύτῳ, v. 544.

5. Iθ. βρῖθος, βριθὺς, βρίθω, ἔριθος, εριθεὺς, ιθὺς, κριθὴ, λῖθος nomen proprium, σιθὼν, χθονοβριθὴς.
Producunt obliquos ὄρνις, ὄρνιθος; μέρμις, μέρμιθος; ὄρνισι Phocyl. corripit.

6. Ικ. ἄκικυς, γρηνίκος fl., θρηῖκι Thraci: κάϊκος, κικὺς, νίκη, φοινίκη, φρίκη. Producunt hæc obliquos: βέμβιξ, ικος; σπάδιξ, ικος; φοῖνιξ, ικος; φρὶξ, κὸς.

μυρίκη indifferens Homero: αδικεὶ quoque ab αδικῶ producit Sappho, quum alioquin corripiatur.

7. Ιλ. αργίλος, δεκάχιλοι, εννεάχιλοι, ιλὺς, ἴλος, κοίλη, νεόγιλος, οἰλεὺς, ὅμιλος, πέδιλον, πῖλος, σμίλαξ, σμίλη, σμίλος, σμῖλος, χιλὸς, χίλων, ψιλὸς.

Indifferens αἴγιλος et φίλος.

8. Ιμ. βρίμη, βριμὼ Proserpina; δριμὺς, κάμιρος urbs, κλίμαξ, λιμὸς, μῖμος, σιμὸς, σίμων, φιμὸς. Et composita, ἄτιμος, βούλιμος, ἴφθιμος: et verbalia a verbis pænult. producentibus: μήνιμα, χρῖμα.

Indifferens ιμὰς, τιμὴ quoque corripit Bion in Fragment. quum alioquin producatur.

9. Ιν. αισχίνης, απαρίνη, ερινὰς, ερινὸς, θαμινὸς, θρίναξ, θριδακῖνις, ινὼ, κλίνη, μίνως, ῥινὸς clypeus, φινεὺς, χαλινὸς. Et hæc barytona in ινος et ινον: δῖνος, γυρῖνος, κάμινος, κυκλάμινον, λατῖνος, σταφυλῖνος, σέλινον, σμῖνοι, ταλαύρινος. Item in ινη ultra tres syllabas, αδραστίνη, ερυκίνη, ἡρωῖνη, μολυβδίνη, præter ειλαπίνη. Producuntur et trisyllaba: αξίνη, δωτίνη, ἑλξίνη, ῥητίνη, ὑρμίνη, ὑσμίνη. Et disyllaba duo: ῥίνη, δίνη. Præterea propria: αἴγινα, καμάρινα, κέρκινα. Et verba in ινω, κλίνω, κρίνω, πίνω, ωδίνω, τίνουσι Solon corripit, et αντιτίνειν Theognis.

Producunt obliquos ῥὶς, ῥινὸς; ευώδιν, ινος; ποιρὶν, ῖνος; σίνος, indifferens Nicandro. Oπωρινὸς Iliad. ε. v. 5. et φ. v. 346. et ορθρινὸς apud Aratum; et μεσημβρινὸς apud Callim. producuntur: alias corripiuntur, sicut et alia temporis ac materiæ: ut εαρινὸς, κέδρινος, ὑακίνθινος.

10. Ιπ. γριπεὺς, ενιπεὺς, ενίπω, εὔριπος, ἶπος: κνιπὸς παρθενοπίπης, ῥίπη urbs, ῥιπὴ, ῥιπεὺς, σίπων, σιποὺς, σκίπων.

Indifferent. ενιπὴ, ερίπω.

11. Ιρ. ῖρις, ιρὸς, ἴρηξ, νιρεὺς, ὄσιρις, τίρυνς.

12. Ισ. αγχίσης, αμνισὸς, αμφισὸς, βρισεὺς, θεμίσω, ἶσις, ἴσως, æque, μῖσος, νῖσος, πῖσα urbs, πῖσος ubertas, τελμισὸς.

Indifferent. ἴσος, et pleraque composita, μίσος pia-

culum. Dativus ὄρνισι corripitur a Phocyl. quum alioquin produci debeat.

Verba in ιω pænultimam Futuri et Aoristi sæpe producunt: notentur tamen, ut κυλίσω, μηνίσω, τίσω, βρίσας.

In ιζω dant ις breve; ut κομίζω, κόμισαν.

13. Ιτ. ἀκόνιτον, ἀδήριτος, ἄτητος, ἴτων urbs, ἴφιτος, κλιτὴς, ληῖτις prædatrix, λῖτον, λιτὸς, ονῖτις, παλίντιτος, πυρῖτις, σῖτος, τιτὰν, τῖφυς, τρίτων, φῖτυς. Et nomina in ιτη, ιτης, ιτις, ἀφροδίτη, μελίτη, ὁπλίτης, πολίτης, πολῖτις.

14. Ιφ. γρῖφος, θεοδίφης Deum quærens, ἶφι, ἶφις, ἰφεὺς, σέριφος, σίφων, στῖφος.

τῖφος palus. indiff. νίφω.

15. Ιχ. ἰχὼρ, τάριχος; στίχω a Nonno sæpe producitur, quum tamen Homerus semper corripiat.

Υ in antepænultimis syllabis productum.

1. Υ ante vocalem: αἰσυήτης, ενυάλιος, κυάνεος, κυανοχαίτης, μυελὸς, μύουρος, μυουρίζω, μυοδόκος, πυετίη, πλατυάσδω apud Theocrit.

Communia πύελος, ὑετὸς.

Producuntur et ἀναλυέμεν, διαλυόμενος, κωλυέτω, μαρύομαι, ῥύετο, ὑόμενος, ὠρύομαι.

Indiff. ῥύομαι.

2. Υγ. γυγαῖος, μυγαλέη, πυγίζω.

Commune θυγάτηρ.

3. Υδ. κυδάλιμος, κύδιμος, κυδαίνω, κυδιόων, μυδαλέος, πυδάω.

4. Υθ. ερυθιόων, μυθοῦμαι, παραμύθιον, πυθαγόρας, πυθεδὼν, πύθιος, ψιμμύθιον.

5. Υκ. ερυκακέω, ερύκαμαι, ερυκανέω, μυκάομαι, μυκηθμὸς, συκοφάντης, φυκίον, φυκιόεις.

6. Υλ. θυλακὶς, θύλακος, θυλακόεις, κογχύλιον, μυλιόωντες, παμφυλία, σκυλεύω, σκύλομαι, σύκινος, συλάω, συλεύω, σφονδύλειον, ὑλαῖος, ὑλακίδης, ὑλακόεις, ὑλακόμωρος, φυλείδης, φύλοπις.

7. Υμ. ἀμυμώνη, ειλυμένος, ζύμωμα, θυμοῦμαι, ενθυμοῦμαι, ενθύμημα, θυμαίνω, θυμήρης, θυμώδης, καταδύμεναι, κρυμώδης, χυμαῖος, κυμαίνω, ὑμέες, ὑμέτερος.

8. Υν. ἀρτύνομαι, βιθυνία, γρύνιος, ξυνίημι, ξυνόω, συνεχὲς, præter liquidam.

9. Υπ. λυπέομαι, ῥύπαιον, τρυπάω, τρύπανον.

10. Υρ. γυραῖος, γυρόω, κινύρομαι, κυρήνη, κύριος, κυρῖνος, μαρτύρομαι, μυρίος, μυριότης, μύραινα, μύρομαι, πλημμυρέω, πλημμυρία, πορφύριος, πύραμος, πύραμις, πυραύστου μόρος, πυρίτης, πυραίχμης, πυρηναῖον ὄρος, σύρομαι.

Indifferent. πυραυγὴς, πυρήνη, συρίζω, σφύραινα, τυρόεις, φυράω.

11. Υς. βουλύσιος, θαλύσια, λύσανδρος, λυσίζωνος, λυσίκακος, λυσιμελὴς, λυσιμέριμνος, λυσίπονος, μύσιος, ῥύσιον, φυσιάω, φυσίγναθος, φυσίζοος Iliad γ. χρύσεος.

12. Υτ ατρυτώνη, αὐτέω, πρεσβυτικὸς, σκυτοτόμος, φυταλιὰ, φυτάλμιος.

13. Υφ. βοτρυφορος apud Orph. in Hymn. Dionys. v. 5. ειλυφάζω, κεκρύφαλον, κελύφανον, κωκύφιον, τύφομαι, τρυφέω Phocylides producit.

14. Υχ. βρυχανάω.

Υ in pænultimis.

1. Υ. ante vocalem: ειννω, θυὰς, κύαξ, μύω, μυὼν, μύωψ, πύος, σύαξ, ὕω.

Verba in υω, habentia ante υ duas consonantes: aut duplicem, aut aliter præcedentem longam, producunt υ: ut πτύω, ποιπνύω, ιδρύω, ξύω, ερητύω, ημύω.

Indifferentia sunt, αιύω, αρύω, βρύω, δακρύω, δύω, ερύω, θύω, κλύω, κωκύω, λύω, μηύω, φύω.

Δρυὸς, a δρῦς, Hesiodus producit, quum alioqui corripiatur. Κάρυον Homero in Batrachomyomachia anceps est. Ibidem etiam genitivus μυῶν, a μῦς, extenditur; et ιλύος ab ιλὺς Iliad. φ. v. 314. et dativus πληθυῖ Iliad. χ. v. 458.

2. Υβ. ὑβὸς.

3. Υγ. αμαρυγὴ, εὐγὴ, λαιστρύγων, ολολυγὴ, ολολυγὼν, πυγὴ, τρυγὼν. Κόκκυξ, κόκκυγος, Nicand. Theriac. v. 854. et in Homer. Batrach. bis producitur imperf. απέφυγον.

Anceps γύγης.

4. Υδ. ἄβυδος, βοτρυδὸν, ερικυδὴς, κῦδος, λυδὸς, τυδεὺς φερεκύδης.

Indiff. ὕδωρ.

5. Υθ. ζύθος, μῦθος, πύθω verbum, πυθῶ nomen, βυθὸς commune.

Genitivi producuntur, αγλῦθος, κώμυθος.

6. Υκ. βρυκὸς, βρύκω, κέρκυκα, μεμυκὼς, πέφυκα, συκῆ, σῦκον, φυκὶς, φῦκος, cum genitivis βόμβυκος, κήρυκος, κῄϋκος.

Anceps ερύκω, βέβρυξ, βέβρυκος: δοίδυξ, δοίδυκος. Nicand. Alex. v. 622. et Aristoph. Πλοῦτ. v. 711.

7. Υλ. ἄσυλον, ατρακτυλὶς, εριφύλη, κένδυλα, μυλεὺς, στῦλος, τύλη, ὕλαξ, ὕλη, φύλας, φυλεὺς, φυλὴ, φυλὼ, χυλὸς. Item σκῦλον, φῦλον, ἔμφυλος. In Theriac. v. 422. Nicander σκύλα corripit; et v. 514. επιστρογγύλεται producit.

8. Υμ. Verbalia hæc producta: ἄρτυμα, εἴλυμα, θῦμα, κῦμα, ῥῦμα, χῦμα, et aliquando λῦμα. Deinde αμύμων, εγκύμων, θυμὼν, κύμη acervus, στρυμὼν. Et disyllaba in υμος, κρυμὸς, ῥυμὸς, χυμὸς, πρόθυμος. Item ὑμεῖς, ὑμῶν.

Indiff. νώνυμος, ὄμνυμι corripitur a Nazianz. Anecd. epigr. 16. et θυμὸς ab Orpheo in Hymno Jovis fulmin. v. 18., quum alioquin producantur.

9. Υν. ἄμυνα, βιθυνὸς, γορτυνὶς, γρυνεὺς, δίκτυνα, μανδυνὸς, τύνη, pro σὺ, ὕνις, φορκυνὶς. Item μύνη, φρύνη, θῦνος, φρῦνος. Item ανεύθυνος, βόθυνος, κίνδυνος, λάγυνος, ορκῦνος, πάχυνος. Item ξυνὸς, επίξυνος. Et φόρκυνος a φόρκυν. Item δύνω, et polysyllaba in ύνω: ut δηθύνω, μολύνω, οτρύνω. Aratus αμβλύνεται corripit: Homerus απαμβλύνεται, Herodot. βίῳ Ὁμήρου: et Odyss. δ. αρτύνει: Theognis εντύνει: Homerus in Batrach. τρωγλοδύνοντα.

Anceps κορύνη.

10. Υπ. γρυπὸς, γυπὸς, λύπη, ἄλυπος, πανύπους in Hymnis Homeri.

11. Υρ. ἄγκυρα, αλιμυρὴς, γέφυρα, γυρὴ, γυρὸς, κέρκυρα, κινύρη, κῦρος, λάφυρα, λέπυρον, μελίγυρις, νίσυρος, λύρα, ονόγυρος, πάπυρος, πίτυρα, πλημμυρὶς, πυρὸς: σκῦρος insula, σύριγξ, σφύρα malleus, τυρὼ. Item oxytona habentia antepænultimam longam, ισχυρὸς (etsi Πλούτῳ Aristoph. v. 947. corripitur) οἴζυρος.

Item verba in υρω: ut σύρω, φύρω.

Homerus et Orpheus corripiunt ἁλμυρὸς: et Nicand. Alex. v. 132. ἄθυρον.

12. Υσ. καμβύσης, διόνυσος, φῦσα, χρυσὸς, πολύχρυ-

σος. Item dativus δάκρυσι apud Nazianz. Anecd. epigr. 82. quum alioquin corripi debeat.

Verba in υω pænultimam Futuri et Aoristi ancipitem habent, sed tantum notentur: ανύσω, θύσω, λύσω, producuntur. Item ἔδυσεν, ἔκυσα, ενέφυσεν, ἦυσε, δακρύσας, λύσατε. Corripiuntur εκτανύσεις, εἵλκυσεν, ερύσαντο.

In υζω, dant υς breve: ut κλύσω.

13. Υτ. αδάκρυτος, αλίτρυτος, ἄτρυτος, αὐτὴ, βηρυτὸς, βουλυτὸς, γωρυτὸς, κωκυτὸς, λύτωρ, μηνυτὴρ, μηνύτωρ, μηνυτὴς, πρεσβύτης, πρεσβύτις, ῥυτὴ, ῥυτὶς, ῥυτὸς, ῥυτὴρ, σκῦτος.

14. Υφ. ἔνστυφος, κέλυφος, κυφὸς, κύφων, στύφος, στύφω, τῦφος. Et Præterita, κεκύφα, τέτυφα.

15. Υχ. βρυχὴ, εριβρύχης, σαμψῦχος, τρῦχος, ψυχὴ. Et composita ab ορύττω, τοιχώρυχος, τυμβώροχος. Et verba in υχω: ut βρύχω, τρύχω, ψύχω.

De Carminibus observationes quædam.

1. Carmina, Pedes, Scansio, eadem fere, quæ apud Latinos. Usitatiora et faciliora genera carminum apud Græcos Hexametrum, sive Heroicum; Pentametrum, Iambicum.

2. Apud Græcos nulla fit Synalœphe, nisi Apostropho notetur.

3. Græci versus sæpenumero Cæsura carent.

4. Cæsura, vel saltem species Cæsuræ crebro breves syllabas producit.

5. Spondaici versus apud Græcos frequentes sunt.

6. Sæpe fit Synæresis: ut χρυσέῳ ανὰ σκήπτρῳ. Il. α. χρυσέῳ α. dactylus est.

7. Versus ακέφαλος, hoc est, cujus initium est indifferens; ut επειδὴ νῆάς τε καὶ ελλήσποντον ἵκοντο. Iliad. ψ. ubi initio iambus pro spondæo.

8. Versus μύουρος, hoc est postremo pede claudicans, sive circa finem angustus: ut τρῶες δ' ερρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν, ubi in fine pyrrhichius pro spondæo.

9. Interdum brevis vocalis etiam spiritu aspero longa fit.

10. Versus Hypermeter, hoc est syllaba abundans.

Figuræ Prosodiæ breviter comprehensæ.

Synæresis, sive Synecphonesis vocalem brevem ante aliam plerumque longam, in carminis dimensione, collidit.

Diæresis diphthongum distrahit in suas vocales, aut longam in suas breves dissolvit.

Tmesis membra vocis composita disterminat, interventu unius, vel plurium dictionum.

Systole longam corripit.

Diastole, sive Ectasis brevem producit.

Cæsura extendit syllabam brevem in fine dictionis, et initio pedis.

Licentia Poetica, quæ nullis legibus constricta est, et longas corripit, et breves producit, et ancipites in eadem dictione, eodem versu et producit, et corripit, sive propter metri necessitatem, sive ad numerorum varietatem et elegantiam.

Quia vero Poetas maxime difficiles facit Dialectus, ideo de Dialectis aliqua.

DE DIALECTIS.

Dialectus, Græce *διάλεκτος*, est nomen adjectivum a verbo *διαλέγειν discernere*, subauditur autem vox *γλῶττα lingua*, nam dialectus significat sermonem, quo inter se discernuntur populi eadem lingua utentes.

Lingua Græca, Ἑλληνικὴ, antiquissima et primitiva, quæ et communis, *κοινὴ* vocatur, fuit ea, qua olim Thessali, imprimis Phthiotidis incolæ, et Macedones loquuti sunt. Hæc lingua deinde, incertum quo tempore, peperit duas dialectos, Ionicam, quæ non diversa tunc erat ab Attica, et Doricam, quæ Æolicæ similis. Postquam vero Iones, duce Neleo Codri filio, eam regionis in Asia maritima partem, quam antea Cares et Leleges incolebant, occupassent, lingua eorum differre ab Attica cœpit, et Ionica dicta est. Eodem modo quum Æoles in Asiam migrassent, et regionem, cui nomen antea fuerat Mysia, urbibus frequentassent, dialectus orta est Æolica.

Quatuor itaque vulgo numerantur Græcæ linguæ dialecti, sive loquendi formæ præcipuæ pro numero præ-

cipuarum Græciæ gentium, quæ a lingua communi in nonnullis deflectunt, nimirum Attica, Ionica, Dorica, Æolica. Sed quum dialectus Æolica et Doricæ similis, et in paucissimis, qui quidem supersint, veterum scriptis sit usurpata, ita ut ejus cognitio vix nisi paucis prosit, qui universas linguæ Græcæ copias complecti mente cupiant: et perspicere quæ fuerint Latinæ linguæ origines, (nam compertum jam est ex Æolica dialecto derivari posse pæne omnia Latina vocabula quæ e Græco fonte fluxerunt) ideo nullam hujus dialecti rationem habebimus, sed quidquid peculiare ea habet, dialecto Doricæ attributum invenies.

Quum vero non modo in pronominum, nominum et verborum terminationibus, sed aliis etiam in locis litteras consonantes, ac præcipue vocales mutent hæ dialecti, ideo earum proprietates hic subjicimus.

I.° Attici ponunt:

β—pro γ: ut *βληχὼ* pro *γληχὼ* pulegium.

γ—pro λ: -- *μόγις* pro *μόλις* vix.

δ—pro ϑ: -- *ουδεὶς* pro *ουϑεὶς* nemo.

ζ—demunt: - *πρίω* pro *πρίζω* serro.

ϑ—pro σ: -- *βαϑμὸς* pro *βασμὸς* gradus.

κ { pro γ: — *κναφεὺς* pro *γναφεὺς* fullo.
pro χ: -- *ῥέγκω* pro *ῥέγχω* fremo.
demunt: - *σάκος* pro *σάκκος* saccus.

λ—pro ν: -- *πλεύμων* pro *πνεῦμων* pulmo:

ν—duplic.: -- *Πελοπόννησος* pro *Πελοπόνησος* Peloponnesus.

ξ—pro σ: -- *ξὺν* pro *σὺν* cum.

ρ—pro λ: -- *κρίβανος* pro *κλίβανος* fornax.

σ—pro ρ: -- *ἄρσην* pro *ἄρῤην* mas.

τ { pro δ: -- *εντελέχεια* pro *ενδελέχεια* perennitas.
pro ϑ: -- *κολοκύντη* pro *κολοκύνϑη* cucurbita.
pro σ: -- *τήμερον* pro *σήμερον* hodie.
